CONSTITVTIONES DIOECESANÆ

Ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino
D. IOANNE GRANAFEO ARCHIEPISCOPO
Bareñ, & Canusino, ac vtili Domino in temporalibus Terræ Bitricti,
Editæ, & quamplurium Apostolicarum Constitutionum, Literarum, ac Decretorum Sacrę Cõgregationis munimine, alijsq; rescriptis roboratæ, ac ditatæ.

IN PRIORE SYNODO
Sub regimine eiusdem Domini Archiepiscopi
Die 5.6.& 7. Decembris Anno à Virgineo partu 1675. In Metropolitana Ecclesia pariter Bareñ coacta.



VENETIIS, MDCLXXVI.
Apud hæredes Turrini.
Superiorum permissu.

Ad Illustrissimum, ac Reuerendissimum Dominum

IOANNEM GRANAFEVM

ARCHIEPISCOPVM BAREN, ET CANVSINVM.

ELOGIVM.

Grande sibi dicendi genus exposcit
Sublimis tua virtus,
Illustrissime Præsul,
Eò Illustrior
Quò fumosiores Maiorum iactas imagines.
Religionis vbere iam inde à teneris enutritu
Quàm tua grandior Pietas adoleuit!
Gentilitij Leonis
Nec dentes in te ad feritatem,
Neque ad tenacitatem vngues,
Sed vna Cordis insidet Magnanimitas.
Ex Auiti Stemmatis spicis
Fæcundior tibi seges exuberat gloriæ,
Vberiorem sibi vendicant messem
Orthodoxæ fidei horrea.
Ad Barensis Ecclesiæ thronum euectus
Virtute duce, non fortuna,
Auspice merito, non auro,
Sublimi è Solio
Sublimior celsitudine mentis
Vnus in temet efficis

Vt vna eademque commorentur in sede
Maiestas, & amor.
Iure tibi coronam vendicas infulatam,
Cum virtutis coronidem attigeris;
Nullam passus erroris vertiginem
Vix vt sacra caput cohibuit vitta
Liberior frana sensit populorum licentia
E solio elata velut è specula.
Quàm oculatus aduigilas gregi tuo
Gregarius haud Pastor!
Quàm tutos illi à Leonum insidijs conciliat somnos
Tua solers vigilia!
Testatur hoc Prima te auspice Diœcesana Synodus
Hyemali Anni 1675. Tempore conuocat,
Quò feruentior incalesceret animarum salus.
E tuæ mentis sacrario
Velut è Paracleti cortina
Ad cohibendos exleges hominum mores
Depromis an oracula, an leges?
Non hæc atramento exarandæ, sed auro
Non alibi conscribenda
Nisi gloriæ fastis,
Ad Orthodoxæ Religionis fastum
Ac faustum Animarum omen.
Quanta sit Pietas ergà cœlites tua
DeiParentis testatur ara.
Argenteis hanc ære proprio candelabris illustras,
Vndè tuæ lux effulget munificentiæ
Eò Clarior, quò pretiosior,
Leuigato eandem instruis marmore,
Vt pietatis exemplum praberes solidius.
Diui quoque Sabini effigiem
Solido iubes conflari ex argento,
Vt inter maximum Patriæ Patronum, ac Patrem

Tui

Tui poneres monimentum
Testem amoris, Testem pietatis.
Pecuniæ haud tenax cultor
Dum in Superum erogas cultum.
Tunc maximè argenti Solutus cura,
Cum tibi obstringere cælites argento curas.
Et quidem tuas in laudes vberior excurreret calamus;
Imò etiam aduolaret,
Ni meritò præuerteres nimio,
Ni laudum pondere defatigares.
Hae tua igitur præcipua laus,
Quod tuæ celebrari nequeant laudes,
Nisi admiratione, & silentio.
Est enim admiratio præconium gloriæ,
Silentium fidus interpres Maiestatis.

Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini

IOANNIS GRANAFEI

ARCHIEPISCOPI BARENSIS, ET CANVSINI
Munificentia in perpoliendo Archiepiſcopali
Templo, atque in argenteo S. Sabini
Simulacro collaudatur.

ODE.

ASSVRGE Siren Adriaci maris
Decus, pyropos ambitioſius
Hinc indè quærens, & micantem
Chryſolitum, & iubar omne Ponti.

Audaciori pectore concipe
Auro micanti ponere Præſulem,
Textuque gemmarum decoro; &
Sutilibus ſimulare baccis.

I, perge tandem ſollicitantibus
Conflare votis delicias maris,
Formamque cultu perpolitam
Exprimere inuidioſiore.

Delubra cultu cernis vt aureo
Nouata ſurgunt? quàm benè diuites
Vis extat argenti per aras,
Quas lapide irradiat coruſco.

Inciſa

Incisa memphis! nobilis, & Paros
Vt leuigato marmore fulgurat!
Vt arte depictum lacunar
Aurifera Tagus ornat unda!

Viden Sabini fulget vt altior
Gemmata moles? hùc dedit impiger
Liquescere argentum, & per ignes
Innumeras fluitare gazas.

Hæc vota nostri feruida Principis,
Hæc cura Patris maxima Patriæ
Vetusta templorum polire
Et proprio cumulare censu.

Hæc nempè nostri Præsulis exprimunt
Feruntquè mentem certiùs auream,
Hæc gestit haud caduca poni
Signa Sibi meliore Cœlo.

Ergo merentem, perge age, Præsulem
Æffinge in auro, finge in iaspide
Vultusque coge Dædalæo
Illius exprimier pyropo.

Liquescat aurum quin adamantino
Nefas putetur parcere lumini;
Baccæ calescant, heùs coruscæ
Incipiant fluitare venæ.

✠✠✠

PRÆ-

PRÆFATIO

IN ACTA SYNODALI DIOECESANÆ BAREN.

IOANNES GRANAFEVS

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA Archiepiſcopus Barĕn, & Canuſinus.

Admodum RR. Dignitatibus, Canonicis, ſiuè Capitulo noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ, ac Vniuerſo Clero, & omnibus ſingulis Chriſti fidelibus eius Ciuitatis, & Diœceſis ſalutem, &c.

***

Vicibus reiteratis Ciuitate, ac Diœceſi Barĕn indeſinenter per Nos Viſitatione peragratis, & iuxta opportunitatem pluribus Decretis, Sanctionibus ſemper in votis pro omnimodo remedio fuit habitum ad indictionem, & celebrationem Diœceſanæ Synodi alioquin à Sacro Concilio Tridentino quotannis demandatæ celebrari, deuenire, cum hæc inter alia onera præcipuum munus Epiſcopale exiſtimetur, proſunt enim decreta Synodalia pro obſeruantia Sacrorum Canonum, Conſtitutionumque Apoſtolicarum, deprauatorum in Populo morum refor-

reformatione, ac excessuum correctione super vita, & honestate Clericorum pro pietate in fidelibus, cultu in Deum, & pro cæteris, quæ sparsim in hoc volumine coercentur, eiusdem indice, seù Titulis id etiam præferentibus. Cumque varijs præpediti molestijs, ac multiplicibus diuexati controuersijs ob Ecclesiæ tutamen, non sine immenso animi nostri merore, ac mentis agitatione optata exequi non valuerimus, interea excrescente rei intermissione per nouennij, & vltra temporis intercapedinem, ex qua ab Ecclesia Alexanen̄ translati ad hanc Baren̄ Diuinæ Largitatis Culmine exuberante nullis exigentibus meritis euecti fuimus, ac obsolescentibus exindè legibus, & obliuioni quoque traditis nostrorum Prædecessorum in huiusmodi materia ordinationibus, tandem nec desistentibus causis, in remorando impulit necessitas in rumpendo moras, quinimmò Superiorum Iussus Nos coegit in Diœcesanis Constitutionibus edendis, hinc maiori qua potuimus sollicitudine Pastorali, ac celeritate opus per quam pingue peregimus, quamplura complectens salubria decreta, quæ Diuino Numine annuente ad commodum, & dulcifluum Nobis commissi gregis vsum fore euasura, in spem ducimur indubium, Inuocato ac proindè Dei Omnipotentis auxilio, ac Beatissimæ Virginis ad Cœlum Assumptę, tùm Constantinopolitanæ, ac Sabini, eiusque Sociorum huius Metropolitanæ Ecclesiæ Tutelarium, ac Patronorum, sub quorum Auspicio, & vexillo ad arenam descendentes, priorem Diœcesanam Synodum indici, & conuocari statuta die in Edicto desuper relaxato curauimus, quò voluptati nostræ, ac in simul vinculo satisfaciamus, & quod non sine ingenti labore in scriptis fuerit redactum, ne in tenebris absque executione tumuletur; Munus erit igitur subdi-

torum hilari corde Leges accipere, eisdemque pacato, atque parato pectore parere; ac reciprocæ obligationi respondere, vt correlatiuorum eadem sit virtus, membraque benè composita regantur à Capite, & Pastoris, ac Ouium vnica existat salus, pro cuius adeptione vos à reatu innoxios omni tempore tueri à Domino deprecamur. Valete.

EDICTVM
INDICTIONIS SYNODI.
IOANNES GRANAFÆVS
DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
Archiepiſcopus Bareñ, & Canuſinus.

PONDVS concrediti Nobis gregis tot annorum interſtitio, ex quo Archiepiſcopalis muneris regimen ſuſtinuimus excitatum, ſiuè ſtimulus extitit pro Diœceſanæ Synodi conuocatione iuxta Decretum S. Concilij Tridentini, & Apoſtolicas Conſtitutiones; quippè quia Synodalia Decreta, nedum ad Diuinum Cultum, & Eccleſiaſticam diſciplinam conſeruandam, ſed etiam augendam plurimum adiumenti eſſe ſoleant (experientia duce) ſuper quo licet aſſidui voti compotes nihilominus, vt potè grauioribus in noſtro Paſtorali munere negotijs defatigati propoſitum explere nequiuimus non ſine animi noſtri perturbatione, denique in agri Dominici cultura ſatagentes, ne antiquus hoſtis humani generis oues noſtras non bene cuſtodia tentas deuoret, eamdem Synodum vlterius non fore poſt habendam duximus, vt ſpirituali pabulo grex ipſe à Paſtore nutriatur, vitia eradicentur, & opportunis conſulatur neceſſitatibus ſuper ijs, quæ ex noſtris viſitationibus medela indigere recognouimus, ideoquè poſtrema

 viſi-

visitatione peracta in tota ferè Diœcesi Synodum Diçcesanam, præsentibus nostris Literis Edictalibus inchoandam, & celebrandam die quarto mensis Decembris currentis Anni, qui erit dies Mercurij indicimus, palamque facimus illamque ad nostram Metropolitanam Ecclesiam conuocamus, ac proinde, hortamur, requirimus, & monemus præsenti vnica pro trina Canonica monitione præmissa Dilectos Nobis in Christo RR. Capitulum, & Canonicos nostræ Ecclesiæ Metropolitanæ, aliarumque Collegiatarum omnes, & singulos Archipræsbyteros, Parochos, Curatos, & Procuratores Capitulorum omnium Terrarum, & Oppidorum, ac alias, & quascumque personas Ecclesiasticas intra fines Ciuitatis, & Diçcesis Bareñ existentes, aliosque, qui de Iure, & Consuetudine Diçcesanæ Synodo Interesse debent, & cæteros exemptos, qui alias cessante exemptione tenerentur, tùm in vim Sacri Concilij Tridentini, tùm etiam Constitutionum Apostolicarum, vt in dictæ Synodo Intersint, ac eisdem, & cuilibet ipsorum in virtute Sanctæ obedientiæ, necnon ducatorum auri de Camera quingentorum, & in subsidium Interdicti, & excommunicationis respectiuè quo ad Capitulum, & singulares personas, alijsque sententijs, censuris, & pęnis, arbitrio nostro pro modo contumaciæ infligendis, præcipuè à Iure Canonico statutis, in mandatis damus, & districtè præcipiendo mandamus, vt commemorato die, quo sumus Synodo primordium præbituri, omnes talaribus tunicis, ac mundis superpelliceis, amicti, alijsque Ecclesiasticis indumentis, & Insignijs iuxta cuiuslibet gradum, & dignitatem, per seipsos non per alios, nisi legitimo existente impedimento, quo in casu Procuratores, qui ipsorum vices gerent, indicata causa, deputare te-

nean-

neantur, in nostra Metropolitana Ecclesia conueniant,& exinde non discedant,nisi Synodo ipsa absoluta,alioquin non accedentium pęnas de Iure,& consuetudine infligi solitas, & arbitrio nostro imponendas,incursuros se sciant, absentiæ tempore animarum curam exercentes probatæ vitæ, & doctrinæ, quoad fieri poterit Sacerdoti Confessario à Nobis approbato illam commendent, interim verò præmemoratos, aliosque nostræ Diœcesis exhortamur in Domino, vt ieiunijs, & orationibus à Diuino Numine auxilium nobis expostulent, vt quæ opportuna sunt ad Ecclesiasticam reformationem, Populorumque profictum, & salutem pręstare,& decernere valeamus,de quibus omnibus, ne alicui sit excusationi locus, præcipimus, vt præsens Edictum nostra manu subscriptum, solitoque sigillo munito,in valuis Ecclesiæ Metropolitanæ affigatur,& per totam Diœcesim de loco, ad locum transferatur,ita vt omni mora postposita,qui primum ex RR. Archipræsbyteris, alijsque Parochis receperit, retento exemplo,exemplar viciniori trasmittat, & quilibet in sua ditione, idem primo die Festiuo infra Missarum Solemnia legat,& denunciet, & in locis solitis publicè affigat, quam affixionem id robur sortiri volumus,ac si præmemoratis,& ipsis singulis,quorum interest præfatum Edictum fuisset notificatum. Datum Barij ex Palatio Archiepiscopali,die quinto Nouembris 1675.

IOANNES ARCHIEPISCOPVS BAREN.

Locus ✱ Sigilli.

D. Nicolaus Donatus Gallittus Notarius.

Edictum pro Synodo Diœcesana.

SYnodi tempus cum appeteret, RR. Archipræsbyteris, Parochis, ac Procuratoribus ex aliquibus eorumdem coadunatis, nonnullæ coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Archiepiscopo, ac eius D. Generali Vicario habitę fuerunt sessiones super materijs, & capitibus Synodalium tractationum, curatisque præsertim, si quæ proponenda tenerent, interrogatis, prout, & hoc Admodum RR. Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ Metropolitanæ denunciato, interea designata dies quarta instantis mensis Decembris iam peruenerat pro Synodi initio, cum inter quosdam ex Archipræsbyteris super modo processionaliter progrediendi, ac alijs præcedentijs exortis discriminibus, dilata fuerit prima dies Synodi ad sequentem diem quintam currentis mensis Decembris, quo tempore ante functiones Synodales, & processionem, sic iubente Dominatione sua Illustrissima, fuit præsentibus omnibus Archipræsbyteris, & Curatis per Notarium Curiæ Archiepiscopalis promulgatum sine preiuditio iurium partium, & per modum prouisionis, sic etiam cum alijs clausulis præseruatiuis peculiare Decretum ipsiusmet Illustrissimi D. Archiepiscopi, cui RR. acquieuere Archipræsbyteri, exceptis illo Terræ Casamaximæ, ac Vicario R. Archipræsbyteri Aquauiuæ protestationem emittentibus, quam afficere, prout de iure Illustrissimus Dominus mandauit, non retardata interim executione Decreti lati, quod iuxta eius seriem, & tenorem executioni demandatum extitit huiusmodi sub tenore.

✠✠✠

NOS IOANNES GRANAFÆVS

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA Archiepiſcopus Barcñ, & Canuſinus.

AVDITIS, ac Nobis per latis iurgijs, & diſcriminibus inter RR. Archipræsbyteros huius Diœceſis exortis, quoad præcedentiam, & locum, in Proceſſione quæ hac mane nunc iuxtà Pontificale Romanum, & praxim fieri debet pro inchoatione noſtræ Prioris Diœceſanæ Synodi, cumque negotium dilationem non patiatur, & alias controuerſiæ de ordine procedendi, ſeù præcedendi breui manu ſint componendæ ad præſcriptum Sac. Can. Sac. Conc. Tridentini, decretumque Sacræ Congregationis ad euitandas diſſentiones, & ſcandala, ac alia Populo malè viſa in hoc ſaluberrimo opere, adhęrendo quoque Decreto prouiſionali olim, & anno 1639. Octobris primi ingreſſus per bon. mem. Didacum Serſalem, tunc Archiepiſcopum, & noſtrum immediatum Prędeceſſorem, lato pariter per modum prouiſionis, & citrà præiudicium partium fortaſſe intereſſe prætendentium, decernimus, declaramus, & prouidemus, ac præcipimus omnes RR. Archipræsbyteros, Parochos, alioſque Curatos, Stola tàm ſuprapoſita indutos fore, & eſſe acceſſuros, prout accedere in dicta proceſſione volumus, & mandamus modo, & ordine in enunciato Decreto præſcriptis; Saluis tamen Iuribus, ſi quæ competunt aliquibus aliter prætendentibus tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio,

quibus

quibus per præſens Decretum nullum cenſeatur illatum præiudicium circa huiuſmodi præcedentiam, vel alijs aliquid noui acquiſitum, ſed iura vnius cuiuſque perſiſtant, prout ante illæſa, & illibata, tàm reſpectu præfatæ Proceſſionis in eundo, & redeundo, quàm in ſtando, & ſedendo in nominatione, & quibuſcumque actibus Synodalibus, prout præſeruabuntur in alio Decreto de præiudicio non inferendo in principio Synodi mox aperiendæ, proferendo. Volumus tamen quod Vicesgerentes, & Procuratores Archipręsbyterorum, & Parochorum abſentium ſine præiudicio iurium eorum Principalium cedant loco quoad Archipræsbyteros tantum principaliter accedentes, & in gradu immediatè ſequentes, & pro Præsbyteris Dięceſanis attribuimus, & aſſignamus locum poſt RR. Archipræsbyteros, & Curatos Dięceſis, cuilibet ſecundum prærogatiuam ante lationem, & præcedentiam eius Capitulo, in ſupradicto Decreto relatis, caueat quilibet de contrario, alioquin contraueniens habeatur pro non intereſſente in eadem Proceſſione, & in alijs functionibus Synodalibus, & proinde eo ipſo incurrat pęnas, de quibus in Edicto generali deſuper relaxato, & alias arbitratu noſtro etiam cenſurarum, abſque alia declaratione infligendas, ſiuè declarandas prout incurrere decernimus, & prouidemus per hoc noſtrum, &c.

IOANNES ARCHIEPISCOPVS BAREN, ET CANVSINVS.

Prouiſum per dictum Illuſtriſs. & Reuerediſſimum Dominum Archiepiſcopum ſub die quinto Decembris 1675. Barij, &c. & lectum ante proceſſionem coram omnibus Archipręsbyteris, &c.

D. Nicolaus Donatus Gallittus Notarius, &c.

Decre-

Decretum Anni 1639. promulgatum per tunc Dominum Archiepiscopum Sersalem huiusmodi sub tenore legitur.

Copia, &c.

DIDACVS SERSALIS DEI, ET APOSTOLicæ Sedis Gratia Archiepiscopus Bareñ, & Canusinus. Ordo procedendi in generali, & solemni Processione nostri primi ingressus in hac Ciuitate Barij v3.

PRimò. Confraternitates Sæcularium de more. Secundò, Regulares omnes dictæ Ciuitatis similiter de more. Tertiò, RR. Cleri, & Capitula totius nostræ Diœcesis ordine v3. Oppidum Sancti Michaelis, Oppidum Monteroni, Oppidum Canneti, Terra Loseti, Terra Cellamarij, Terra Carbonarij, Terra Cilliarum, Terra Binecti, Terra Turicti, Terra Sancti Nicandri, Terra Valenzani, Terra Sancti Erasmi, Terra Triuiani, Terra Capursij, Terra Pali, Terra Grumi, Terra Cassani, Terra Molæ, Terra Medunei, Terra Casamaximæ, Terra Aquauiuæ, Terra Noiæ, Terra Gioiæ, Terra Bitricti, demum RR. Capitulum, & Clerus Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Nicolai Bareñ.

Vltimò, RR. Capitulum, & Clerus nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ.

Quoniam Nobis relatum est inter nonnulla Capitula, & Cleros huius nostræ Diœcesis fuisse ortam contentionem, & differentias super præcedentia, & loco in predicta solemni Processione, quæ cum maius temporis spatium ad deliberandum requirant, & cum huiusmodi Processio minimè differri possit, hoc præsenti Decreto prouidemus, decernimus, & declaramus, nullum circa præcedentiam, & locum huiusmodi

C in

in prædicta Processione tàm in stando , quàm sedendo, & tàm in eundo , quàm redeundo RR. Capitulis, & Cleris omnibus dictæ nostræ Diœcesis inferri præiudicium, & quod alteri ius acquiratur, sed cuiuis ipsorum suum ius conseruatum remaneat prout antea. Et propterea mandamus omnes accedere in supradicta Processione præscripto Superiori ordine, vltra pœnam in Edicto generali , & Literis missiuis contentam, sub alijs pœnis Nobis benè visis, & nostro arbitrio reseruatis. Hoc nostrum,&c.

DIDACVS SERSALIS ARCHIEPISCOPVS
Bareñ, & Canusinus.

Loco ✠ Sigilli impressi.

Prouisum per supradictum Illustrissimum , & Reuerendiss. Dominum. Bitricti sub die 26. Martij 1639.

Hyrtus Notarius,&c.

Extracta ab originali, conseruato in actis Curiæ Archiepiscopalis Bareñ, & in collatione concordat, maiori tamen,&c. Et in fidem, Ego D. Ioannes Baptista Hyrtus Bareñ publicus Apostolica authoritate Notarius, &c. & dictæ Curiæ Archiepiscopalis ordinarius Actuarius præsentem feci subscripsi, & signaui requisitus,&c. Loco ✠ signi.

Concordat cum altera copia autentica exhibita coram Illustrissimo,& Reuerendissimo Domino Ioanne Granafæo Archiepiscopo Bareñ, per Admodum R. D. Vitum Antonium Iacobellis Archipræsbyterum Iouiæ eidemque restituta statim , meliori semper,&c. & ad fidem. Barij tertio Decembris 1675.

Ita est D. Nicolaus Donatus Gallittus Canonicus Bareñ, & Actuarius manu propria,&c.

SY-

SYNODI PATEFACTIO

CVM ORDINE IBIDEM HABITO
sub die quinta Decembris nouiter indicta, quæ fuit prima dies ipsius Synodi.

✠✠✠

ECclesiam Metropolitanam Bareñ, vbi Synodus erat cogenda, quam benè ornatam cum subsellijs pro Officialibus, siuè Consultoribus Synodalibus, pannis quoque coopertis, statuta hora de mane omnes Ecclesiastici petiere, ibique tùm Admodum RR. DD. Dignitates, & Canonici Pluuialibus rubeis induti, ac indutæ, Hebdomodarij, alijque Præsbyteri, eiusdem Ecclesiæ superpellicijs mundis amicti, cum Seminarij Alumnis, siuè Seminaristis, tùm RR. Archipræsbyteri, Curati, ac Procuratores eorumdem Stolis circumuestiti, ac cęteri Procuratores, siuè Pręsbyteri Ecclesiarum Collegiatarum, & Parochialium Diœcesis Bareñ, Coctis mundis pariter induti; annuente Magistro Cęremoniarum Archiepiscopale Palatium adiuerunt, & lecto supradicto Decreto prouisionali super diffidijs præcedentiæ prolati, fuit disposita solemnis Processio ab eodem Magistro Cęremoniarum iuxtà formam eiusdem Decreti, hincque Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Archiepiscopus Pluuiali serici, atque rubei coloris vestitus, ac Infula decoratus, Intonato Hymno, VENI CREATOR SPIRITVS, sub Pallio rubei coloris, à quatuor Nobilibus gesto, collocatus, Processionem fuit prosequutus ab atrio Palatij ad viam publicam pergens propè muros Ecclesiæmet, asso-

ciantibus eumdem Magnificis D. Vincentio Dottula Syndico ex parte Nobilium, & D. Nicolao Stilla Syndico ex parte Populi, ac magna comitante caterua Nobilium, aliorumque Ciuium, Populique ingenti cum concursu, interim Admodum RR. Cantoribus, Canonicis, Archipræsbyteris, totoque Clero Vrbano, & Diœcesano præfatum Hymnum, necnon AVE MARIS STELLA, & Ecce Sacerdos magnus canentibus, prout etiam Campanis, & Organis incessanter pulsatis, ac globis exoneratis, ex quo D. Archiepiscopus Templum ex Ianua magna, siuè vt fertur Regia, fuit ingressus, vbi consistens oblato ab Admodum R. D. Archidiacono aspersorio, se prius deindè Ecclesiasticos, cæterosque Sæculares aqua lustrali de more aspersit, & subindè in Sede marmorea post aram præparatorijs ad Missam expletis Pontificalibus indutus, Missam de Spiritu Sancto Pontificalem, solemni cum pompa, ac Musicis in concentu respondentibus cecinit, refectis spirituali alimonia Ecclesiasticis prædictis, quo sacro peracto Admodum RR. DD. Archidiacono, Præsbytero Assistente, Archipræsbytero, & Cantore Diaconis adstantibus ipsemet Archiepiscopus Pluuiali, & Infula reacceptis genuflexus in Faldistorio inchoauit Antiphonam, EXAVDI NOS DOMINE, indè vero ad Thronum accedens sedit, deinceps à Musicis Choris fuit decantatus Psalmus, SALVVM ME FAC, & post Psalmum preces, vt leguntur in Pontificali, tùm dictę sunt Sanctorum Litaniæ, quas Illustrissimus in Faldistorio genuflexus audijt, & stans subsequentem Orationem pronunciauit, ac iteratò Thronum conscendit associantibus eumdem Archidiacono, Archipræsbytero, & Cantore paratis, intereà Canonicus Diaconus Euangelium exordiens, Conuocatis

IESVS

IESVS, in tono consueto recitauit, quo perfecto Archiepiscopus Hymnum, Veni Creator Spiritus, præcinit, illoque per Musicos terminato, sedens, omnes pariter sedentes, ac intentos à Throno fuit allocutus secundum præscriptam formulam Venerabiles Consacerdotes, qua completa Sacer Orator, qui fuit Reuerendus Pater Ianuarius Bricti Rector Societatis Iesu Bareñ, obtenta benedictione à Dominatione sua Illustrissima, sermonem è suggestu effudit, & de fructu, & Synodi vtilitate quam benè disseruit.

ORATIO.

QVÆ Mihi à Domino fuit animarum cura tradita, ea me ad Synodum Diœcesanam cogendam sollicitè mouet, vt si quid fortasse detrimenti mei gregis oues passæ sint, id conatu omni restaurare, easque ad incolumitatem pristinam aduocare studeam, cum illud Iosue secundo vniuersis Ecclesiæ Pastoribus sedulò commendatum censeam. Ite considerate terram. Attenta namque opus est consideratione, vt vbi inimicus homo in hac tellure superseminauerit zizania, ibi Synodalium legum veluti falce demissa, electorum germinet frumentum. Terrent me verba illa Prouerbiorum 23. Agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera ex gemino considerationis præcepto, quanti fit momenti ponderatio isthæc, facilè conijcere est. Videte, qua de re agitur, quam seriò attendendum. Ne Pastoris incuria gregem Christi vorax ille inferorum Lupus

 rapiat,

rapiat, & quia huius gregis nobilior, pars est Ecclesiastica proles, illud vobis primum filioli mei sit cordi mandatum, illud inquam quod ex Diuo Ambrosio accepimus (quod sumus professione, actione potius quam nomine demõstremus, ne sit nomen inane, crimen immane, ne sit honor sublimis, vita deformis, ne sit deifica professio, & illegitima actio) nam si vestra operi concors erit vita, tunc operatorius sermo facile animos attrahet ad Deum, secus aerem verberabit, cor non conteret, quod accommodè annuit Chrisostomus (hæc est ratiocinatio cui contradici non potest, quæ fit per facta.) Hinc meminisse vos velim sæcularis corporis vos animam esse, emortuum illud iaceat necesse est, si nos sine vita viuentes spiritum illi nequaquam sufficiemus. Agite igitur Iosue Sacerdotum exemplo Hierico, seù miseræ Babylonis męnia, vt in præceps corruant, enixè curate, si non ad tubarum clangorem, profectò ad Synodalium promulgationem Decretorum, ita fiet, vt quæ vestrorum vestigia pedum dinumerata sunt nullum (quod quidem Iob timebat) considerantis Dei Iudicium reformident. Seriò igitur huic ad quod conuenistis operi attendite, à vestra enim mihi polliceor attentione fore, vt annuente Deo, Populus iste grex Christo per gratus, ad semper amęna Cœli pascua ducatur.

IN

IN NOMINE SANCTISSIMÆ

TRINITATIS

PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI. Am̃.

NOS IOANNES GRANAFÆVS

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA Archiepiſcopus Bareñ, & Canuſinus.

***

AD Laudem Omnipotentis Dei, & Beatiſſimæ Virginis illius Parentis Marię ad Cęlum Aſſumptæ noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ Titularis, ac Patroni Sancti Sabini, cæterorumque dictæ noſtrę Eccleſiæ Titularium; Anno ab Orbe Redempto M D C L X X V. die quinta menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi In Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Diuina Prouidentia Papæ Decimi, Anno ſextò, hanc noſtram priorem Diœceſana Synodum inchoamus, & inchoatam eſſe volumus, auſpice Deo, Deiparæ, & Sanctorum precibus, & meritis, vt quæ recta ſint, exequi valeamus.

DECRETVM
De non inferendo præiudicium.

AD remouendas controuersias, & contentiones, quæ occurrere possent de præcedentia pro hoc tempore Synodalium actionum, si contingerit aliquẽ non in suo ordine, vel secundum eius gradum, & dignitatem sessurum, incessurum, vel nominandum, nemini propterea ius aliquod nouũ acquiri, vel præiudicium aliquod inferri, tàm in petitorio, quàm in possessorio, sed adhuc in eo gradu, & conditione persistere, quo prius ante hanc coactam Synodum reperiebatur, decernimus, & declaramus.

OBEDIENTIÆ PRÆSTATIO.

RElecto ad superabundantem cautelam antedicto Decreto per Curiæ Notarium, fuerunt omnes, & quotquot in Synodo intererant, & interesse de iure debebant, per eumdem Notarium accersiti, illique Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Archiepiscopo reuerentiam, & obedientiam præstitere, inchoata prius nominatione, & obedientia ab Admodum RR. DD. Archidiacono, Archipræsbytero, Cantoribus, tùm Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Bareñ ex vtroque latere indifferenter, seruato ordine Decanìæ, & receptionis ad Canonicatus, tùm ad easdem vocationem, & obedientiam subsequentibus RR. Substitutis Parochis, & Hebdomodarijs, cæterisque de Clero ipsius Ecclesiæ, subindè R. D. Ioanne Stuccio Procuratore Admodum R. Capituli Collegiatæ Ecclesiæ S. Nicolai huius Ciuitatis, & denique RR. Archipræsbyteris Diœcesanis modo infrascripto, tùm Sacerdo-

cerdotibus Procuratoribus RR. Capitulorum, siuè testibus Synodalibus iuxta prerogatiuam eorumdem Capitulorum ad præscriptum Decreti prouisionalis super præcedentijs prolati, successiuè vocatis.

NOMINA
RR. Archipræsbyterorum totius Diœcesis.

D. Vincentius Cioncis Archipræsbyter Bitricti.
D. Vitus Antonius Iacobellis Archipræsbyter Iouię.
D. Carolus Manna Archipræsbyter Noiæ.
D. Antonius Bernal Aquauiuæ absens, & pro eo cōparuit D. Petrus Facchineus illius Vicarius.
D. Sergius de Bellis Archipræsbyter Casamaximæ.
D. Dominicus Carolus Maffeus Archipr. Medunei.
D. Ioseph Zuccarinus Coadiutor Archipræsb. Molę.
D. Nicolaus Siluagius Archipræsbyter Cassani.
D. Ioannes Sabini Archipræsbyter Grumi.
D. Ioseph Theramus Archipræsb. Pali absens, & pro eo respōdit D. Frāciscus Cirinus illius Substitutus.
D. Dominicus Angelus Stolfa Archipræsb. Capursij.
D. Philippus Raymundus Archipræsbyter Triuiani.
D. Petrus Paulus Miranda Archipræsbyter S. Erasmi, & pro eo D. Blasius Effrem Substitutus.
D. Berardinus Azzone Archipræsbyter Valenzani.
D. Donatus Antonius Gręcus Archipr. S. Nicandri.
D. Leonardus de Maggio Archipræsbyter Turitti.
D. Leonardus Ferreus Archipræsbyter Binecti.
D. Vitus Dominicus de Ruberto Archipr. Ciliarum.
D. Sabinus de Mizzo Archipræsbyter Carbonarij.
D. Sanctus Romanus Archipræsbyter Cellamarij.
Archipræsbyter Terræ Loseti abest.
D. Carolus de Rinaldo Archipræsbyter Canneti.
D. Leonardus la Barrile Archipręsbyter Monteroni.
Parochus S. Michaelis.

DECRETVM
De non abeundo, seù de non discedendo.

OMnibus, & quibuscunque de iure, aut consuetudine huic Synodo, præsentibus, & existentibus mandamus sub pęna excommunicationis, alijsq; nostro arbitratu, ne ante dimissionem eiusdem Synodi aliquis vestrum sine nostra facultate sibi specialiter impertita ab hac Ciuitate recedere audeat, & præsumat, prout etiam sub antedictis pœnis præcipimus, vt singuli huic Synodo, atque ipsius actionibus, & sessionibus omnibus indictis, & indicendis iuxtà morem, & consuetam formam intersint; hortantes eosdem insuper, vt quicunque pro eius Capitulo rem aliquam, vel sui ipsius interesse, propositionem, vel petitionem facere intendat, modestè, ac vrbanè segerat, rixas, iurgia, strepitusque euitando.

DECRETVM
De Consultoribus Synodalibus.

PRO materijs, ac negotijs Synodalibus ritè, & rectè peragendis, & disponendis in Consultores Synodales eligimus, decernimus, & deputamus.

Reuerendissimum Dominum Vitum Iacobum Patronum V. I. D. Archidiaconum, Primam Dignitatem, & Vicarium nostrum Generalem.

Dñm. Fabium Bonafidem Archipręsbyterum V.I.D.

Dñm. Ioannem Dominicum Amendunum Canonicum Theologum Sac. Th. & V. I. D.

Dñm. Carolum Manna Archipræsbyterum Noiæ, Sac. Th. & V. I. D.

Dñm. Ioannem Sabinum Archipræsb. Grumi V.I.D.

Dñm.

Dñm. Antonium Molignanum Primicerium Aquauiuæ V. I. D.

D. Ioſeph Iacob V. I. D. Canonicum, & Vicarium Noiæ.

D. Petrum Facchineum ab Aquauiua V. I. D.

DECRETVM
De Officialibus Synodalibus.

PRO legitimo gubernio huius noſtrę prçſentis Synodi rectoque agendorum ordine, ad confuſionem euitandam Officiales in ea, mox nominandos,& cognonima,ſtatuimus, & decernimus.

Promotorem D. Carolum de Bellis) Canonicos noſtrę Eccl. Met.
Secretarium D. Octauium Antonium)
Criſmai.)

Theologum R. P. Ianuarium Bricti Rectorem Societatis Ieſu.

Magiſtros Cæremoniarum, quibus pro eorum munere omnes obediant.

D. Nicolaum Antonium Nittum, &) dictæ Eccl.
D. Ioanem Dominicum Amenduno) Canonicos.

Denique Notarium D. Nicolaum Donatum Gallittum Canonicum, & in noſtra Curia Archiepiſcopali Actuarium.

DECRETVM
De deferendis querelis, & abſentium excuſatione.

GRauatus de quocumque ſibi præiudiciali,ſi quilibet ſe ſentiet, aut de aliquo conqueri velit, ſiuè aliquid prætendat, aut quamcumque legitimam accuſationem deferre intendat noſtrum Vicarium Generalem, ac Conſultores Synodales electos, quos

pro hoc tempore Synodali deputamus, adeat, prout etiam in casu absentiæ excusandæ qui Consultores, prout de Iure breui tamen forma Iudicij adhibita, illas dirimant, ac dijudicent, citrà præiudicium ambarum partium, reseruata tamen auctoritate aduocandi ad Nos, etiam durante Synodo huiusmodi causas, vel alijs ad nostrum beneplacitum delegandi. Et nullæ Dei gratia auditæ fuerunt quærelæ, nec discrimina, siuè iurgia habita.

DECRETVM De Fidei professione emittenda.

INstante Promotore Fiscali D. Vicarius Generalis Tridentini Librum cum Decreto de fidei professione facienda ad Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum detulit, & Illustrissimus statim Secretario præbuit, ac ille præstitit Notario, qui ex seggestu clara voce sic legit.

Sacrum Concilium Tridentinum Sess. 25. Cap. 2. Incipiens. Cogit temporum calamitas præcepit, vt quicumque Ecclesiastica beneficia adepti fuerint, & ad Synodum Diœcesanam de Iure, aut de Consuetudine interuenire teneantur, prima quidem vice, qua Synodo interfuerint, & alias, & in ea fidem non sint professi, publicam faciant fidei professionem, ideoque cuncti beneficia Ecclesiastica nacti, & qui alias ad Synodum non accesserunt, nec fidem ibidem sunt professi, genuflexi coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Archiepiscopo iuxtà Pij Quarti formulam fidei professionem in publicum emittant. Hinc in medium accedentibus fidem professuris, idem Secretarius iuxtà præfati Pij subscriptam formulam in Pontificali Romano illorum nomine genibus flexis in mani-

manibus Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Archiepiscopi professionem emisit,. & formula prædicta absoluta singuli iuxtà morem publicè coram Dominatione Sua Illustrissima super Sancta Dei Euangelia iurarunt in forma.

PROFESSIONIS FORMVLA HÆC EXTITIT.

EGO N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet; Credo in vnum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem Cœli, & Terræ. visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum, ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de de Cœlis. Et Incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: & Homo factus est. Crucifixus etiã pro nobis sub Pontio Pilato: passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in Cœlum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre, Filioque procedit: Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reli-

quasque

quasque eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector.

Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam vmquam, nisi iuxta vnanimem consensum Patrum, accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere, & proprie Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo, Domino nostro, instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pęnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorũ omniũ Sacramẽtorũ solemni administratione recipio, & admitto: omnia & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacros. Tridẽtina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium, pro viuis, & defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse, vere, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguinem, vna cum Anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ Panis in Corpus, & totius substantiæ Vini in Sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari. Similiter, & Sanctos vna

cum

cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmissime assero Imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco; Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spōdeo, ac iuro. Cætera item omnia à Sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipue à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vsque ad extremum vitæ spiritum, constantissime (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

✠✠✠

DECRE-

DECRETVM
De Examinatoribus, Iudicibus, & Testibus Synodalibus.

INstante Promotore Fiscali pro Examinatorum, Iudicum, & Testium Synodalium delectu, & deputatione ad præscriptum Conc. Tridentini Cap. 18. Sess. 24. de reformatione quoad Examinatores, & Cap. 10. de reformatione Sess. 25. quoad Iudices, & pro Testibus Cap. Episcopus 35. quæst. 6.

Hinc quo Sac. Conc. Trid. Constitutionibus, & Sac. Canonibus obtemperemus subscriptos pietate, ac doctrina præfulgentes Viros in Examinatores Synodales Vobis proponimus, quiusque ad alteram Synodum Diœcesanam huiusmodi munus obire debent.

Reuerendissimum Dominum Vitum Iacobum Patronum Archidiaconum, & nostrum Vicarium Generalem.

Dñm. Fabium Bonafide Archipræsbyterum V. I. D.

Dñm. Nicolaum Franciscum Carara Cantorem.

Dñm. Ioannem Dominicum Amenduno Canonicum Theologum Sac. Th. D. & V. I. D.

Dñm. Vitum Antonium Iacobellis Archipræsbyterum Iouiæ V. I. D.

Dñm. Carolum Manna Archipræsbyterum Noiæ Sac. Th. & V. I. D.

Dñm. Antonium Bernal V. I. D. Archipr. Aquauiuę.

Dñm. Sergium de Bellis Archipræsb. Casamaximæ.

Dñm. Ioseph Zuccarinum V. I. D. Coadiutorem R. Archipræsbyteri Molæ.

Dñm. Ioannem Sabini V. I. D. Archipræsb. Grumi.

Dñm. Antonium Molignanum V. I. D. Primicerium Aquauiuæ.

Dñm.

Dñm. Ioſeph Iacobum V. I. D. Canonicum,& Vicarium Foraneum Noiæ.

P. Mag. Thomam Aloyſium Francauilla Ord. Prædic. Theol.

P. Iacobum ab Aquauiua Min. Ord. Obſer. Theol.

P. Mag. Ioannem Dominicum Calefati Ord. Conuen. Theol.

P. Auguſtinum Vegliante Ord. S. Auguſtini Theol.

P. Ianuarium Bricti Soc. Ieſu Rect. Coll. Bar. Theol.

P. Ignatium Zaccaria Soc. Ieſu Theol.

Qua electione ſecuta, fuit rogata Synodus, an probaret propoſitos Examinatores, & Reſpondit Tota Synodus. Probare, per repetita verba, Placet, Placet.

Deindè Examinatores electi, qui aderant bini, & ſic deinceps alij genuflexi acceſſerunt, & in manibus Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi,& ante Reliquiam Sancti Sabini Protectoris Ciuitatis, quam vtraque manu regebant, & tetigerunt, promiſerunt, & Iuramentum præſtiterunt de ſuſcepto Examinatoris Officio fideliter,& ſincerè, quantum in ipſis erit,exercendo,præter Admodum RR. PP. Magiſtrum Thomam Aloyſium Francauillam Ord. Prædic. & Fratrem Iacobum ab Aquauiua Min.Ord. Obſer. Theol. abſentes, quos non eſſe admittendos ad examinandum, niſi prius idem Iusiurandum coram Nobis, vel noſtro Vicario Generali præſtiterint, decernimus,& mandamus. Deſignati verò in Iudices Synodales habẽtes qualitates à Iure requiſitatas,quibus cauſæ à Sede Apoſtolica delegari poterint, & à Regularibus in Conſeruatores eligi, vſque ad futuram Synodum Vobis proponuntur.

Reuerendiſſimus Dominus Vitus Iacobus Patronus Archidiaconus, V. I. D. & noſter Vicarius Generalis.

Dn̄s. Fabius Bonafide Archipręsbyter V. I. D.
Dn̄s. Nicolaus Franciſcus Carara Cantor.
Dn̄s. Ioannes Baptiſta Trauerſa Canonicus Decanus
Dn̄s. Ioannes Dominicus Amendunus Sac. Theol. & V. I. D. Canonicus.
Dn̄s. Ioſeph Carduccius Canonicus V. I. D.

Pro quorum approbatione interrogata Synodus, Reſpondit Vniuerſa vnanimi conſenſu per verbum affirmatiuum, Placet.

Demum pro electione Teſtium Synodalium Nos inhærentes exprę ſsè diſpoſitioni S. Canonum, ac Laudabili Conſuetudini vniuſcuiuſque Diœceſanæ Synodi, ſubſcriptos Viros ſpectatæ fidei, & vitæ. Teſtes Synodales nuncupatos, quorum munus eſt, vt quæ emendanda, ac corrigenda in hac Ciuitate, & Diœceſis circa prauos Populi mores, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ contemptores, idque cum compertum habuerint, ad Nos, & noſtrum Vicarium Generalem deferant, vt in futura Synodo, Deo fauente, vel quandocumque opus fuerit spiritibus ægritudinibus opportuna remedia, & medicinam adhibere poſſimus. Tenore præſentis eligimus, & deputamus.

TESTES SYNODALES IN CIVITATE.

D. Peregrinum Scaramuccia.) Canonicos
D. Scipionem Catalanum.) Bareñ.
D. Septimium Lanci.
D. Nicolaum Faccilongo.

TESTES SYNODALES Totius Diœceſis Bareñ.

IN TERRA BITRICTI.

D. Ioſeph Carauaglia Canonicum.
D. Angelum Antonium Caruccium.

IN

IN TERRA IOVIÆ.

D. Ioſeph Antonium Iacobellis.

D. Franciſcum Lippoli.

IN TERRA NOIÆ.

D. Vitum Sapientiam Grande.

D. Antonium Suglia.

IN TERRA AQVAVIVÆ.

D. Ioſeph Vitale Vicarium Foraneum.

D. Ioannem Michaelem Miloſciam.

IN TERRA CASAMAXIMÆ.

D. Nicolaum Nonna Vicarium Foraneum.

D. Dominicum Antonium la Barrile.

IN TERRA MEDVNEI.

D. Ioannem Dominicum Mangialardum.

D. Nicolaum Martellum.

IN TERRA MOLÆ.

D. Valerianum Suſca Vicarium Foraneum.

D. Petrum Mutaſſi.

IN TERRA CASSANI.

D. Antonium Diſpoto Vicarium Foraneum.

D. Stephanum Tiſcio.

IN TERRA GRVMI.

D. Nicolaum de Sancto Agoſtino.

D. Leonardum de Stephanis.

IN TERRA PALI.

D. Leonem de Leone Primicerium.

D. Felicem Gaeta.

IN TERRA CAPVRSII.

D. Leonardum de Vitone.

D. Ioſeph de Adamo.

IN TERRA TRIVIANI.

D. Nicolaum Natalicchium.
D. Simeonem de Iulio.

IN TERRA SANCTI ERASMI.

D. Marinum Fabritium Conturso.
D. Ioannem Angelum Canosa.

IN TERRA VALENZANI.

D. Nicolaum de Surdo.
D. Carolum de Bellis.

IN TERRA SANCTI NICANDRI.

D. Sabinum Mossa.) Primice-
D. Ioannem Baptistam Risoldi.) rios.

IN TERRA TVRICTI.

D. Ioseph Rosatum.
Subdiaconum Dominicum de Staso.

IN TERRA BINECTI.

D. Leonardum Bellhomo.
D. Eligium Riccio.

IN TERRA CILIARVM.

D. Cæsarem Casagna Primicerium.
D. Donatum Barone Vicarium Foraneum.

IN TERRA CARBONARII.

D. Antonium Pesola Vicarium Foraneum.
D. Vitum Antonium Scauo.

IN TERRA CELLAMARII.

D. Nicolaum Donatum Conti.
D. Leonardum Miullum.

IN TERRA LOSETI.

. . . .

IN

IN TERRA CANNETI.
D. Nicolaum Cafarchia.

IN TERRA MONTERONI.
D. Nicolaum Ioannem de Francisco.

IN OPPIDO SANCTI MICHAELIS.
. . . .

Qui omnes post electionem, & deputationem huiusmodi coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Archiepiscopo procumbentes debitum præstitere Iuramentum. Postremò vniuersa iterum consentiente Synodo, pro supradictis Synodalibus electionibus hucusque sequutis, ob horæ tarditatem fuit indicta continuatio primæ sessionis, & remissa ad horam vigesimam primam, eiusdem diei, & post hæc fuit elargita ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino solemnis benedictio sine publicatione Indulgentiarum, non enim erat tunc lapsus annus Iubilæi, & deinde ipse fuit reuersus ad Palatium Archiepiscopale, eumdem concomitantibus Ecclesiasticis omnibus, qui in Synodo interfuerunt, tùm Vrbanis, tùm Diœcesanis.

Adueniente præfixo horæ termino eiusdem diei quintæ mensis Decembris, de sero Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Archiepiscopus cum solito comitatu accessit ad Ecclesiam, vbi orans ante Altare maius, conscendit inde ad Sedem Pontificalem, ac assumptis Pluuiali, & Infula, recitauit orationem Adsumus; assistentibus in throno, etiam paratis DD. Archidiacono, Archipræsbytero, & Cantore iuxta morem, prout quoque alijs DD. Canonicis in eorum scabellis, & retro RR. Archipræsbyteris cum stolis in scamnis deputatis, & instante postmodo Promotore pro decretorum Synodaliũ lectione, fuit illa inchoata modo, prout subsequitur.

IN

IN NOMINE SANCTISSIMÆ, & INDIVIDVÆ TRINITATIS PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI.

NOS IOANNES GRANAFEVS Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Archiepiscopus Barensis, & Canusinus.

TErrenæ conditionis inconstantia, & humanarum rerum vicissitudo ea est effecta, vt vniuersa temporalitati fuerint subiecta, ex quo paulatim, vel hominum incuria, vel temporum iniuria sanctè, ac piè à prudentissimis nostris Prædecessoribus Statuta, & Decreta in alijs Synodis Diœcesanis, imò Prouincialibus abire in desuetudinem visa fuerint, ingrauescente vlteriùs perniciosa hominum calliditate; Vnde absolescente legum auctoritate cuncta dissoluuntur, omniaque in corruptelam, & abusus resoluuntur, his morbis Sacrosanctum Tridentinum Cōcilium obuiam ire volens, quotannis Diœcesana Concilia conuocari dedit in mandatis, vt Spiritu sancto duce reformatio, & correctio morum in populo detur, legibus obseruantia; & Clero Ecclesiastica disciplin-

ſciplina reſtituatur; cumque in hac Diœceſi ex tot annorum interſtitio ob caſus emergentes Synodus Diœceſana non fuerit coacta, ac propterea abuſibus, ſi qui irrepſerant, conſuli non potuerit, ideòque pro paterna in gregem noſtrum vigilantia poſt exactam diſcuſſionem, & maturam deliberationem, ſequentes Ordinationes, Decreta, & Conſtitutiones in perpetuum valituras condimus, conditaſquè inuiolabiliter ab omnibus obſeruari, ea, qua valemus poteſtate, in Domino commendamus, quinimò præcipimus.

CONSTITVTIONVM SYNODALIVM BAREN.

PARS PRIOR.

DE FIDE CATHOLICA, EIVSQ; PROFESSIONE,

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT ANTECEDENS.

FIDES, cum ſit fundamentum, cui Catholici innititur altitudo ædificij, qua ſine impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire, mortua enim ſunt opera quęcumque, ſi ſine fide peragantur, ideòque Paſtoralis cura ſedulò ad id incumbere debet, vt quod corde credimus ad iuſtitiam, ore confeſſionem faciamus ad ſalutem, ac proptereà Sacrorum Canonum, & Conciliorum, præcipuè

sacri

Sacri Conc. Trid. exempla ſequuti à ſancta Orthodoxæ fidei profeſſione initium exorſi fuimus, dum ab vniuerſis, qui nunc primum ad hanc Diœceſanam Synodum conuenerunt, illam ad præſcriptum Pij quarti formulæ emitti præcepimus, prout in poſterum eamdē in infraſcriptis caſibus demandari fuit præſcriptū.

CAPVT SECVNDVM.

PRouiſi de Canonicatibus, & Dignitatibus in hac Metropolitana Eccleſia, prout & de Beneficijs quibuſcumque curam animarum habentibus, quoad Diœceſim, in manibus noſtris, vel noſtri Vicarij Generalis infra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis, fidei profeſſionem emittant, iuxtà decretum Sac. Concilij Tridentini, ac formam Conſtitutionis Pij quarti Exordient, iniunctum ſub pœnis in eodem Tridentino Concilio contentis, hoc idem Canonici, ſiue Dignitates coram Capitulo præſtare non omittant, alioquin fructus ſuos non faciant, nec poſſeſſio illius ſuffragetur.

CAPVT TERTIVM.

COncionatores, Confeſſarij, Sacræ etiam Theologiæ, ac iuris Canonici, ſeù Ciuilis, necnon Medicinæ, & Philoſophiæ Doctores, Chirurgi, Grammaticam, Arithmeticam, & Muſicam publicè, vel priuatè edocentes, atque alias bonas artes quaſcumque profitentes infra menſem ſimiliter ad huiuſmodi profeſſionem teneantur, ſub pęnis à Bulla Gregorij XIII. inflictis; Parochi autem, ſeù Vicarij inuigilent, vt ad Nos negligentium nomina infra menſem à die publicationis præſentis Synodi deferant.

CAPVT QVARTVM.

SÆculares neque publicis,neque occultis audeant quæſtionibus de fide diſceptare,niſi Philoſophyę, & Theologiæ operam dederint,aliàs pœnam excommunicationis ab Alexandro IV. fulminatam incidere non ignorent.

DE DOCTRINA CHRISTIANA.

TITVLVS SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

CVM puerilis ætas malo dedita ad vitia declinet, niſi ab ipſo vitæ primordio bonis moribus, ac diſciplinis educetur,quibus quaſi lacte nutrita, virtutum omnium incrementis augeatur, ac proinde Sacri Conc. Tridentini adhærendo veſtigijs, præcipimus Parochis in hac Ciuitate deputatis, Archipræsbyteris, Parochis, & alijs curam animarum exercentibus in noſtra Dięceſi, vt ſingulis diebus Dominicis pueros, & puellas ſtatuta hora, ac præmiſſo campanę ſonitu conuocare teneantur, atque fidei rudimenta eiſdem tradant,&reliqua ad ſalutem neceſſaria ediſcant, iuxta formam parui libelli æditi à Cardinale Bellarmino,vel Patris Ledeſmæ ad hunc finem æditam Doctrinam Chriſtianam, pariter etiam ſuper præmiſſis homines prouectioris ætatis ignaros, præſertim ruſticos edoceant; Si verò ſupradicti Parochi deſides in

hoc munere comperti fuerint, Deum vindicem habebunt, & pœna decem librarum ceræ albæ laboratæ mulctabuntur, ac seuerè arbitrio nostro pro qualitate transgressionis, & culpæ punientur.

CAPVT SECVNDVM.

SAluti animarum consulentes, quò Doctrinæ Christianæ exercitium tàm à curam animarum habentibus, quàm à populo frequentetur in locis, vbi commodè fieri poterit, Consolidates Doctrinę Christianę erigi mandamus, propositis per Parochos indulgentijs à felic. record. Pio V. Greg. XIII. Clemen. VIII. & Paul. V. tàm docentibus, quàm discentibus elargitis, quas vulgari idiomate in eius Constitutionibus lib. 1. titulo 6. cap. 14. §. 14. Iustinianus transcripsit.

CAPVT TERTIVM.

MAndamus Clericis omnibus Ecclesiæ seruitio addictis, vt omni vigilantia, & sollicitudine, Archipræsbyteris, & Parochis sub pęna carolenorum decem, & alijs nostro arbitratu, opem pręstent ad pueros, rudesque homines Christiana Doctrina imbuendos, pariter Grammaticæ, Rethoricæ, aliarumque artium, & scientiarum Magistri pro eorum muneris cura inuigilent, vt quos literis instruẽdos sumpserint, pertinentia etiam ad Religionem hortentur, & cogantur acquirere, ac propterea Dominicis diebus ad Ecclesiam pro rudimento Doctrinæ Christianæ electam conueniant, quò à Parochis in similibus erudiantur, vel alios edocere curent iuxta Decretum Concilij Lateranen. sub Leone X. ęditum.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

PArentum cura circa filiorum educationem vigilans esse debet in subijciendo illos Ecclesiasticæ disciplinæ, proindè Archipræsbyteri, alijque, quorum interest in regimine animarum, pro Temporis oppottunitate, repræhendant patresfamilias, & dominos, qui negligunt, vt eorum liberi fidei elementis instruantur, monendo eosdem pro illis Deo rationem fore reddituros.

CAPVT QVINTVM.

ANimarum curam gerentibus, necnon omnibus, & singulis Confessarijs tàm Sæcularibus, quàm Regularibus districtè præcipimus, & mandamus, vt in audiendis pœnitentium confessionibus, ab eis, de quorum ignorantia suspicari valent, recitari faciant Orationem Dominicalem, Angelicam Salutationem, Symbolum Fidei, & decem Præcepta Dei, quæ Decalogo continentur, & quos inscios, rudesque compererint, seuerè arguant, & efficacibus verbis ostendant, quàm sit periculosum ea ignorare, quæ ad salutem sunt necessaria, cum autem eos absoluant, eisque pro pęnitentia præcipua iniungant, vt infra tempus præscriptum primodicta edìscant, quod si tamẽ ob necessariam aliquam causam semel, atque iterum non adimplerint, prorogari poterit, vlterius & ad Sacramentum pęnitentiæ non admittant, inconsultis in Ciuitate Nobis, vel nostro Vicario generali: In Diœcesi verò Archipræsbyteris, alijsque Parochis; imò his in rudi, & crassa ignorantia huiusmodi persistentibus, Sacramentum Confirmationis non administrabitur, & sine nostra licentia matrimonio minimè coniugentur.

DE SACRIS CONCIONIBVS.

TITVLVS TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

MVnus nostrum inter alia versatur, vt populo frumenta ministremus, illique sacri verbi alimoniam impertiamur, cum Dei prædicatio quàm frequens, quàm vtilis, quàmque in Ecclesia Dei sit necessaria, omnibus patefiat, verum quia Messis multa Quadragesimali, & Aduentus tempore præsertim, operarios deputabimus in messem Domini, interim vero præcipimus Archipræsbyteris, & Parochis, qui in nostris curandis animabus vices gerunt, vt saltem Dominicis, & solemnibus Festis diebus curent omni studio sacram Sripturam, diuinamque Legem annunciare, vitia acriter reprehendere, virtutes prædicare frequentibus concionibus pro populi captu, rebellibus gehennam comminari, & vbi deteguntur vulnera, ibi medicinam adhibeant.

CAPVT SECVNDVM.

AD Concionandum deputati animarum adeptionem Deo curent, inanem populi auram verborum pompa non aucupentur, sed vitæ emendationem, lacrymas, & profectum, apocripha, & noua miracula, quæ vel in falsi suspicionem possent redolere, vel minimè à S.R.E. approbata sunt, in medium afferre non præsumant, à proponendis controuersijs inter Catholicos, & Hæreticos caueant, de Gratia, & Prædestinatione nō implicantia ineruditorū animos,

sed

ſed tantum quæ ædificant,enarrent, Antichriſti, aut Iudicij extremi diem non prædicent,haud in particulari,ſed in communi vitia increpent, ſi ſecus,tanquàm verbi Dei corruptores ſeueriſſimis ſubijcientur pœnis.

CAPVT TERTIVM.

CONciones diurnis habeantur horis, ideòque ante Solis occaſum abſoluantur,quod idem intelligimus de paſſionis Chriſti enarratione feria V. in Cœna Domini, & de quibuſcumque ſpiritualibus exercitationibus,aliàs pęnæ interdicti,Eccleſias, vbi functiones huiuſmodi peragi contigerit,ſupponimus, reſeruatis alijs pęnis arbitrio noſtro aduerſus controuenientes infligendis.

CAPVT QVARTVM.

IN Eccleſijs nullius audiatur vox, niſi verbi Dei præconis,proindè Archipræsbyteri, ſiuè alij earumdem Eccleſiarum præfecti in actu Concionis inuigilent, ac curent, nè rixæ, prout & tumultus non oriantur, ſicut etiam vt mulieres à maribus ſegregentur, nec permittant eo tempore inopes per Eccleſias vagari eleemoſynas petendo, ſed id negotij cum Concionator pauſam fecerit, poterit celeritèr fieri, nemo autem per Prædicatores paupertatis, ſiuè cuiuslibet alij tituli nomine populo commendetur ſine noſtra, aut noſtri Vicarij Generalis licentia; in Dięceſi verò, non niſi annuentibus Parochis, ſeù Curatis.

CAPVT QVINTVM.

CAnonici omnes Superpelliceis, & habitu Canonicali induti teneantur interesse Concioni, & in Quadragesima sub pęna priuationis distributionum illius diei, Sacr. Congregatio Episc. & Regul. 1580. Como x. Maij in Regesto fol. 97. & 1602. Castellaneta 20. Augusti in Regest. fol. 92. quod decretum ex identitate rationis pariter extendimus ad Præsbyteros hebdomadarios huius nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ, Canonicos, & Participantes : Præsbyteros Dięcesis, & quoad alios Ecclesiasticos sub pœnis arbitrio nostro infligendis.

CAPVT SEXTVM.

COmmonemus Regulares cuiuscumque Ordinis, nè toties, quoties concionari velint, audeant hoc attentare in proprijs Ecclesijs sine nostra benedictione, & in alienis Ecclesijs sine nostra pariter licentia, vel nobis contradicentibus, pro qua benedictione, siuè licentia obtinenda personaliter ad præscriptum S. Conc. Tridentini, coram Nobis se sistere debeant, alioquin Nos, tanquàm Sedis Apostolicæ Delegati, per censuras Ecclesiasticas, aliasue pęnas iuxta Constitutionem s. m. Gregor. XV. Exordientem Inscrutabili, innouatas per alteram recenter emanatam per Sanctissimum D. N. Clementem Papam Decimum anno 1670. quæ incipit, Suprema magni Patris, post Synodum imprimendam, inobedientes mulctabimus, quam benedictionem ex eadem Constitutione Clementis petere teneantur Regulares, etiam si in Oratorijs quibuscumque sui Ordinis co-

coram populo, vel in Ecclesijs, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum Iurisdictioni subiectarum, licet clausis ianuis, & nullus Secularis ibi intersit, habere voluerint; hoc idem obseruent alieni Episcopi in Ecclesijs Exemptorum, siuè Regularium, prædicare volentes, prout decidit Sacr. Congregatio Concil. ad dubium prædicationis, An scilicet in Ecclesijs Regularium possint alieni Episcopi prædicare absque Ordinarij licentia? & in Neapolitana die 12. Iulij anni 1671. Respondit negatiuè; proindè Archipræsbyteri, alijque Curati non permittant aliquem in Ecclesijs concionari, nisi de nostra licentia in scriptis habita, constiterit, aliàs pœnis Nobis benè visis punientur.

CAPVT SEPTIMVM.

SI quæ Vniuersitates prætendant, siuè obtinuerint electionem Concionatoris in vim Consuetudinis, siuè mauis alternatiuæ, teneantur Nobis, vel nostro Vicario generali illum præsentare per totum mensem Nouembris Quadragesimæ præcedentem, & si præsentatus fuerit reiectus, alium per totum sequentem mensem Decembris, aliàs eo anno ius amittant nominationis, quæ ad Nos, & Archiepiscopos pro tempore, siuè Ordinarios loci deuoluetur, vt habetur decisum per Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. anno 1591. Rossano pro Vniuersitate Coriliani x. Decembris in Regest. fol. 386. Item 1625. Cassano 11. Iunij in Regest. fol. 277. & Communitates nihilominus debeant expensas subministrare iuxta solitum, eadem Sac. Congreg. Episcop. 1612. Marf. 13. Aprilis in Regest. fol. 42. Sciant tamen hi, qui ex consuetudine huiusmodi electionem habere contendunt, apud Nos

resi-

residere approbandi, aut reprobandi facultatem quòad Concionatores, cum per Nos, & nostros Examinatores ipsi probandi sint, iuxtà Sacræ Congreg. Concilij declarationem, sub die 28. Nouembris 1596. & aliam Vxentin. 20. Ianuarij 1628.

CAPVT POSTREMVM.

INnouandum, promulgandum, & extendendum duximus, quoque, quòad hanc Diœcesim laudabile decretum Diœcesanæ Synodi Archiepiscopi Salernitani Marsilij Columnæ tit. 43. de Quadragesima cap. 7. amplexum à b. m. Eminentissimo D. Cardinali Brancaccio, tunc Episcopo Caputaquen̄ in eius pariter Synodo in tit. de Concionatoribus 15. num. 8. anno 1630. huiusmodi sub tenore: Si qua Communitas Prædicatores à Nobis missos in Quadragesima, vel alio tempore, quod à Nobis missi sunt sine Communitatis electione malè tractauerint, vel non receperint, aut consuetam eleemosynam non persoluerint, tandiù Ecclesiastico subiaceant interdicto, quandiù Nobis visum fuerit, etiam post obedientiam, & satisfactionem; Si verò particulares fuerint, excommunicati sint eo ipso: Per hoc decretum non intendimus derogare Consuetudinibus circa Concionatorum Electiones hactenus cum Communitatibus obseruatis.

DE LIBRORVM VSV.

TITVLVS QVARTVS.

CAPVT ANTECEDENS.

HÆreticorum libros, cum ex eorum lectione Catholicæ fidei puritati plurimum afferre detrimen-

trimentum, ac fidelium mentes inficere copertum sit, ex quo multa oriuntur mala; Vnde tanto periculo debitè occurrentes præcipimus, vt nullus cuiuscumque gradus, sexus, conditionis, & dignitatis existat, hæreticorum libros, vel alias hæreses principaliter, vel incidenter tractantes, aut à Summo Pontifice damnatos, suspectos, vel prohibitos legere, tenere, vel alias commendare præsumat, sub pœnis de quibus in Bullis Pij quarti, Clementis octaui, Gregorij decimiquinti, & Vrbani octaui, alijsque arbitrio nostro iniungendis, super quibus inuigilent noster Vicarius Generalis, & Vicarij Foranei per Diœcesim.

CAPVT SECVNDVM.

NIhil à quoquam in hac Ciuitate, & Diœcesi sub pœnis in Concilio Lateranensi inflictis Typis tradatur sine nostra, vel nostri Vicarij Generalis licentia in scriptis, & gratis concedenda, quæ in fronte libri cum nomine Authoris impressa appareat.

CAPVT TERTIVM.

NVlli Bibliopolæ in nostra Ciuitate, & Diœcesi publicè liceat venales libros exponere, ad nundinas afferre, vel hinc aliò asportare, nisi confecto indice propriò iuramento roborato, & à Nobis, vel per Nos deputandos recognito, ac subscripto, sub pęna amissionis librorum, & excommunicationis latæ sententiæ, & demum in pręmissis noster Vicarius Generalis vltimum indicem Romæ reimpressum anno 1670. de mandato Sanctissimi Domini Clementis Papæ decimi, cum regulis ibidem præscriptis ad vnguem obseruari curet, super quibus per Diœcesim in-

uigi-

uigilent Archipræsbyteri, alioquin Vicarij Foranei inquirant, & Nos certiorent.

TITVLVS QVINTVS.

DE ARTE MAGICA, MALEFICIIS, SVPERstitionibus, Incantationibus, & Diuinationibus.

CAPVT PRIMVM.

NIsi vepres, quæ patris familias semen suffocant ex agro Dominico prius euellantur, virtutes feliciter nulla ratione seri valent, idcircò aduersus magicas artes quascumque, vel solemni sponsione, vel simplici pacto cum Diabolo inito exercentes, vel huiusmodi incantationibus, sortilegijs, & maleficijs aliquem ità lædentes, vt mors sit inde sequuta, siue veneficijs, incantationibus, caracteribus, verbisque occultis, poculis, pharmacis, re quacumque commestibili, aut alijs quibuscumque modis hominum mentes perturbantes, morbos tàm hominibus, quàm animalibus afferentes, tempestates commouentes, amorem, vel odium excitare sibi suadentes, vel alijs pollicentes, innoxios oppressione afficientes, matrimonij effectum retardare molientes, ac superstitiosa opera quomodocumque committentes, animaduertendum fore Pastoralis sollicitudo postulat, ac proindè Parochis omnibus iniungimus, sub pęnis arbitrio nostro infligendis, vt palam faciant atrocitatem huius criminis, inter casus reseruatos quoque adiecti, pęnasque infligendas, etiam mortis naturalis, vel perpetui carceris in aliquibus casibus, iuxta Gregorij XV. Constitutionem, quæ incipit Omnipotentis Dei, nec non bis in anno, nempè in prima Dominica Aduentus, & Do-

Dominica Palmarum hoc Decretum publicent, præcipientes omnibus tàm Laicis, quàm Ecclesiasticis, Sæcularibus,& Regularibus vtriusque sexus, vt pro communi salute huiusmodi perditos homines, sub pęnis à Constitutionibus Apostolicis fulminatis, à quibus minimè absolui possint, nisi facta denunciatione, Nobis, vel nostro Vicario Generali confestim reuelare, & denunciare non prætermittant, quò huic tàm teterrimo, atque execrabili malo obuiam ire valeamus.

CAPVT SECVNDVM.

SCiant quicumque Astrologiam iudiciariam profitentes, & Mathematicis artibus vacantes, illis interdici iudicia, aut Natiuitates hominum facere ex actionibus ab humana voluntate pendentibus, aut aliquid euenturum asserere, aliàs excommunicationem, aliasuè pęnas à Sixto V. & Vrbano VIII. inflictas incidere pro comperto habeant.

CAPVT TERTIVM.

ÆGyptiacas mulieres, vulgò Zingaras nuncupatas, quæ ex manuum lineis uenturum aliquod asseuerant, incautasque mulierculas, & homunciones earum decipiant nugis, præstigijs, & diuinationibus, fugiendas iubemus, ac propterea Parochi illarum dolos, & fraudes ad pecunias extorquendas esse accommodatas, animabus sibi in cura commissis patefaciant.

***

TITVLVS SEXTVS.

DE SACRIS RELIQVIIS, MIRACVLIS, ET IMAGINIBVS.

CAPVT PRIMVM.

SAnctorum Reliquias,& aliorum cum Christo viuentium Sancta Corpora venerari per S. Concilium Tridentinum, & per Constitutiones Pontificias sancitum reperitur,ac proindè illorum certæ, & approbatæ reliquiæ decēti, ac honorifico loco à Sanctissimæ Eucharistiæ Tabernaculo segregatæ, seratæ clauibus condantur,nudæ nunquam, sed in vasculis decoris,siuè statuis ipsas exprimentibus exponantur, neque licitum sit absque nostra licentia illas de vno loco ad alterum asportare,aut easdem in totum,aut in partem licet minimam elargiri, vel diminuere, vel abradere,& multò magis venales habere, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis reseruatæ, à Sacerdote superpelliceo, ac stola induto,luminibus accensis,adhibita thuriferatione,& Sanctorum, quorum illæ extant, oratione recitata, hominum venerationi exponantur.

CAPVT SECVNDVM.

IGnotas, ac nouas Reliquias Populo adorãdas, nisi prius à Nobis, adhibitis in Concilium Theologis, alijsue pijs viris,approbatæ fuerint iuxta præscriptum ipsius Concilij Tridentini interdicimus Clericis sub pœna sex mensium carceris, Laicis, excommunica-

tionis latæ sententiæ, Regularibus autem sub pœna in Decreto S. Congregationis mox referendo inflicta.

Albiganeñ. Episcopus Albiganensis S. Congregationi per literas significauit Fratres Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Lombardæ habentes in loco Faggiæ Diœcesis Albiganeñ Conuentum, publicè, & processionaliter cum magna solemnitate, & concursu Populi quædam Corpora, quæ dicunt esse Sanctorum, & sibi ab Vrbe transmissa, absque ipsius Episcopi licentia, & recognitione, quam ipse Episcopus dixerat se omninò facturum, exposuisse veneranda, & adoranda, & S. Congregatio mandauit mihi, vt de ipsius Sac. Congregationis ordine dicerem Patri Generali dicti Ordinis, quod omninò remoueat Priorem dicti Cõuentus, & faciat, dicta Corpora reponi in loco decenti absque veneratione, donec aliter ab ipsa S. Rituum Congregatione statutum fuerit, & quod de hoc certiorem faciat Episcopum prædictũ, die 16. Februarij 1627.

CAPVT TERTIVM.

NOstro haud præcedente consensu Reliquiæ in priuatis Oratorijs non collocentur, ad infirmos minimè deferantur, ex proprijs loculis non extrahantur, nec aliquis ex Ecclesiasticis Præfectis audeat eas nedum sibi vendicare, imò neque minuere, ad effectũ deuotionis causa illas alijs elargiendi, cum hoc neque ipsis Episcopis attentare, liceat ex S. C. Rituum Decreto in vna Caisineñ. 23. Ianuarij 1644. & tandem in sæcularibus ædibus non retineantur.

CAPVT QVARTVM.

NEmini liceat quamuis Regulari, aut quomodolibet

libet exempto, nisi de nostra licentia testes recipere, vel processus formare super verificatione, vel approbatione miraculorum, nec illa approbare, quamuis certa videantur, statim igitur, ac de nouo miraculo rumor euaserit, debeat Rector Ecclesiæ Nobis referre, & interim Imaginem, seù Ecclesiam occludere, si opus fuerit ad Populi feruorem compescendum, vt diligenti præuia inquisitione, quæ pro Sanctorum veneratione, & pietate magis congrua videbuntur, maturè statuamus.

CAPVT QVINTVM.

PArochi, & Concionatores opportunè moueant fideles Sacris Imaginibus Christi, ipsius Genitricis, & Sanctorum debitum esse cultum, Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini authoritate adhibendum, non quia in illis aliqua Diuinitas, aut virtus reperiatur, cuius causa colendæ sunt, sed honorem ideò exhiberi, quia ad prototypa, quæ illæ repræsentāt, referuntur, in illis Christum, Sanctosque, quorum similitudinem exprimunt, colimus, ac veneramur.

CAPVT SEXTVM.

NIhil inordinatum, aut falsum, siuè profanum, vel lasciuum redolens in Sacris Imaginibus appareat, ideoque nemini liceat in loco Sacro, seù in quacumque Ecclesia quantumuis exempta insolitam apponere Imaginem, nisi prius a Nobis fuerit approbata, aliter Ecclesia, vel Oratorium sit ipso Iure Ecclesiastico suppositum interdicto.

CAPVT SEPTIMVM.

IN Templis ornatus causa solemnioribus diebus ne adhibeantur profanæ Imagines, vel in vijs, cum Corporis Christi, vel aliæ solemnes Processiones fiāt, hinc ij, ad quos attinet, diligenter præuideant, atque omninò fore illas auferendas curent.

CAPVT OCTAVVM.

SAcræ Crucis effigies, aliæque Sacræ Imagines non sculpantur, vel pingantur humi, vbi pedibus calcari valeant, nec pingantur in locis sordidis, aut turpibus, neuè pro insignijs tabernæ habeantur, & quę positæ sunt, penitus remoueantur, tabulas, signaque lignea, quæ vetustate, aut sordibus consumpta, deleta, siuè fracta apparebunt, vel indecentiam potius, quàm religionem intuentium oculis præbeant, detrahi, tollique præcipimus, & sumptibus quorum interest refici, ac renouari, illa autem ad vsus profanos, aut viles non conuertantur, sed igne absumantur, eorumque cineres in apto loco, & fosso pauimento ipsius Ecclesiæ abdi iubemus.

CAPVT VLTIMVM.

INculcamus seriò ab omnibus obseruandum Decretum ab Vrbano VIII. editum in eius Constitutione incipień. Sanctissimus noster sollicitè, ne Defunctorum cum fama, vel opinione sanctitatis antequam canonizentur, vel Beati à Sede Apostolica declarentur Imagines depingantur cum laureolis, vel radijs, seù splendoribus, vel exponantur in Oratorijs,

aut

aut Ecclesijs, alijsque locis publicis sub pœnis ab eadem Constitutione inflictis, alijsque arbitrio nostro.

TITVLVS SEPTIMVS.

DE INDVLGENTIIS.

CAPVT ANTECEDENS.

INdulgentiarum vsus Christi fidelibus, cum sit per quam salutaris, ideoque Parochi, vel Concionatores ordine nostro Indulgentias publicantes Christianum Populum ad eas percipiendas accendant, moneantque prodesse etiam animabus in Purgatorio detentis per modum suffragij, iuxta declarationem Sixti V. Enuncient orationes, aliaue pietatis opera, quæ in literis Indulgentiarum iniunguntur, & ita tractatio habeatur, vt earum cęlestem vim, & pietatis officia ad illas assequendum necessaria Populus intelligat.

CAPVT SECVNDVM.

NVlli autem liceat iniussu nostro Indulgentias, quæ in posterum perpetuò, vel ad tempus Regularium, vel aliter quomodolibet exemptorum Ecclesijs promulgare sub pęnis arbitrio nostro infligendis, sed ante publicationem illarum exemplaria exhibeantur, vt ibidem licentia publicandi describatur.

CAPVT POSTREMVM.

COnditio autem eleemosynarum non publicetur, nisi id sigillatim in diplomate à Sãctissimo D. N. exprimatur, quin etiam si quid vltrò à fidelibus col-

latum fuerit, in pia opera per Nos erogabitur; ideòque diploma in loco publico Ecclesiæ exponatur, vt omnibus legere cupientibus palam reddatur.

TITVLVS OCTAVVS.

DE REPRÆSENTATIONIBVS.

CAPVT PRIMVM.

REpræsentandi Passionem Domini Nostri, & gloriosa Martyrum certamina ità corruptela inualuit; vt ex huiusmodi actibus risus sępius, & scandala excitari magis videantur, quàm commotio, & excitatio Populi ad pietatem, & lacrymas; ac proindè interdicimus, ne in posterum in sacro, vel profano loco publicè, vel priuatim commemoratæ repræsentationes, vel alterius sacræ historiæ agantur; nisi præuia nostra recognitione, & facultate in scriptis obtenta; Repræsentationem verò D. N. Iesu Christi Passionis omninò non permittimus; nisi seruatis conditionibus in literis S. Congregationis Episcoporum, & Regularium Episcopo Reatino anno 1597. 20. Ianuarij directis huiusmodi sub serie: *V. S. hà fatto molto giuditioso à non risoluere da se nella cosa di far la rappresentatione della Passione del Nostro Saluatore, come vorria fare cotesta Città, perche il negotio è molto importante, a tale che nè meno la Cõgregatione hà voluto in ciò far'alcuna risolutione senza intenderne prima la mente del Papa, il quale se n'è contentato, e però V. S. potrà darli licenza, che la faccino, ma che s'osseruino l'infrascritte conditioni, oltre quelle, ch'ella giudicarà conuenienti, considerata la qualità del luogo, e prima che la rappresentatione si faccia da huomini pÿ Sacerdoti, ò Chieri-*

ci, che non si faccia alcuna commessatione prima, che V. S. vegga la cosa in scritto, e sia approuata da lei, la quale non permetta, che vi entrino cose apocrife, e finalmente vegga ch'ogni cosa passi senza scandalo, ma con tutta quella edificatione, che si conuiene.

CAPVT SECVNDVM.

AD Concionem Passionis D. N. Iesu Christi repræsentandam illi actus externi admittantur à Concionatoribus, qui ad Populi pietatem excitandam, lacrymasque curandas recognoscuntur, non autem risum, oblectationem, & quod peius scandala commouentia.

CAPVT TERTIVM.

IN Ecclesijs, earumque atrio, & area nullas actiones, seù repræsentationes scænicas cuiuscumque argumenti, etiam sacri illæ fuerint, agi, & tractari volumus, & mandamus, aliter Ecclesia, vbi hoc attentatum erit, interdicto ipso iure subiaceat Ecclesiastico, prout etiam nullos profanos lusus pro quauis celebritate, aut alterius lætitiæ causa in eisdem locis fieri permittimus.

CAPVT QVARTVM.

PErsonæ Ecclesiasticæ tàm in hac Ciuitate, quàm Diœcesi Bareñ, sub pena ducatorum quinquaginta pijs vsibus applicanda, & carceris formalis per annum in præfatis actionibus recitare non audeant, prout in vniuersum quilibet sub pena excommunicationis latæ sententiæ Nobis reseruatæ non repræsen-

tet

tet actiones aliquas per deputandum à Nobis, non reuisas, neque recognitas, & sine licentia exinde pariter à Nobis in scriptis obtenta.

CAPVT QVINTVM.

Histrionibus tàm publicè, quàm priuatè comędiam agentibus vetamus, ne quorumcumque Prælatorum, Clericorum, Regularium, Religiosarumque personarum habitum, vestemque, ac Ecclesiastica paramenta induantur, aliàs pęnam excommunicationis latæ sententiæ incurrere volumus, quam pęnam etiam incident personatus induentes, vel aliud simile cum eisdem attentantes, has comædias, & repræsentationes tempore quadragesimæ quibuslibet cuiusuis conditionis, & gradus existat, interdicimus, prout & diebus festiuis, etiam post prandium sine nostra expressa licentia sub pęna pariter excommunicationis latæ sententiæ, quam licentiam præfatis publicis Histrionibus, & Comædijs pro repræsentatione Sacrarum actionum quomodocumque, & ob quamcumque causam semper, & omninò prohibemus.

CAPVT SEXTVM.

Caueant omninò Histriones in Comædijs, & repræsentationibus à verbis Sacram Scripturam, Religionem Catholicam, Statum Ecclesiasticum, Sanctissima Ecclesiæ Sacramenta tangentibus, Deum, & Sanctos nominare, aliàs excommunicationis mucrone contrauenientes feriemus.

✠✠✠

TITVLVS NONVS.

DE QVADRAGESIMA, ET IEIVNIO.

CAPVT PRIMVM.

QVadrageſimale Ieiunium quotannis Sacroſancta Eccleſia ſeruandum indicit, vt voluptates præteriti temporis victorias deplorent ſuas,& ad hoc qui multitudine virium ſuarum, quas epulæ miniſtrarunt, victi imbecillitate, & inedia corporis caſtigati,eorum victores debellent,hinc caſtitatis iugo belligerantem carnem ſubijcit Ieiunium, quod Chriſtus Dominus quadraginta diebus conſecrauit, nobiſque pro huiuſmodi armatura aduerſus communes hoſtes reliquit imitationem; ideòque Archipræsbyteri, alijque curam animarum gerentes ſedulò ſuos moneant Parochianos, præſertim Dominica ante initium quadrageſimæ, toto quadrageſimali tempore, Dominicis diebus exceptis, ad Ieiunij obſeruantiam ſub pęna peccati mortalis teneri, atque non ſolùm à carnibus, & ab ijs, quæ à carne trahunt originem, ouis, & lacticinijs abſtinendum (quod in alijs ieiunijs eſt obſeruandum) ſed vnica tantùm comeſtione conceſſa, ientaculo veſpertino leue admodùm iuxta Doctorum ſententiam pro viribus,& complexione fore eſſe vnumquemque contentum, enuncient quanta in ieiunijs ſit virtus,& efficacia,prout de Dominicis,vel feſtiuis diebus,& de vigilia infra hebdomadam incidente illos certiores faciant, ſi omiſerint,decem libris cęræ albæ laboratæ pro qualibet vice inobedientes mulctabimus.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

IEiuniorũ tẽpora,quę sunt ex Ecclesię pręcepto obseruanda,quò notitiã fideles habeant,hîc numeramus,sunt autem ista: Quadragesimales dies omnes, exceptis Dominicis; Quatuor præterea anni Tempora; Omnesque vigiliæ Natiuitatis Domini, Pentecostes, Assumptionis B. M. Virginis, Sanctorum Apostolorum (præter vigiliam Sancti Ioannis Euangelistæ,& Sanctorum Philippi,& Iacobi) omnium Sanctorum, Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, & Sancti Laurentij Martyris, modò die Dominico non incidant,tunc enim ad præscriptum Innocentij III. Constitutionis præcedenti Sabbato ieiunium fiat, si autem sexta feria,vel Sabbato festum Natiuitatis D.N. contigerit, iuxta Honorij III. Constitutionem carnium æsus est permissus,exceptis tantummodò voto, & regulari obseruantiæ nexu adstrictis.

CAPVT TERTIVM.

QVadragesimæ Temporibus, qui aliquo præpediti morbo ieiunia seruare non poterunt, & carnium ęsu indigebunt, Confessarij, & Medici, quorum in hoc conscientiam valdè oneramus,testimonio habito, in hac Ciuitate à Nobis, vel Vicario nostro Generali licentiam subscribendam, & in Dięcesi à Parochis ibîdem constitutis facultatem, quam gratis dari mandamus, obtineant, alioquin si quis absque huiusmodi facultate eo tempore carnibus vesci ausus fuerit, excommunicationis pœnam ipso iure incurrat.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

PRohibemus Macellarijs,& Cauponis,ne quadragesimali tempore in macello publicè, neque in hospitijs,& tabernis carnes, & prohibita cibaria venalia exponant,vel aliundè allata in suis tabernis comedi non permittant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis reseruatæ, sed pro imbecillium, & infirmorum vsu carnes non alibi, quàm in loco à Nobis deputato, sub eadem pęna excommunicationis vendi,& emi permittimus, idque secretò, & non patenti loco fiat.

CAPVT VLTIMVM.

PRohibemus,ne quis tempore quadragesimali sub pęna excommunicationis pictis pagellis, siuè cartis,vt aiunt, tesseris, siuè taxillis, alijsque similibus ludis prohibitis ludat, cæterisque vetitis in Edicto desuper emanato, abstineat, super quibus Promotor Fiscalis nostræ Curiæ in hac Ciuitate, & in Diœcesi Vicarij Foranei nimium inuigilent.

TITVLVS DECIMVS.

DE BLASPHEMIA.

CAPVT PRIMVM.

DEtestabile, ac perniciosum, quam sit blasphemiæ scelus,nemo extat,qui ignoret, ac proindè hac nostra Constitutione præcipimus, vt aduersus blasphemos nominis Sanctissimi Dei, Beatissimæ

Virgi-

Virginis Mariæ, ac Sanctorum omnium seuerissimè procedatur, iuxta pęnas per Sacros Canones, ac Bullas, præsertim Pij Papæ V. Exordient. Cum primum Apostolatus §. 10. ità vt in quo deficit sæcularis iudicij in hos improbos animaduersio, in eo maior dignoscatur Iudicis Ecclesiastici diligentia, præter alias arbitrio nostro imponendas.

CAPVT SECVNDVM.

QVicumque blasphemiam aliquam hæreticalem audierit, Nobis, vel nostro Vicario Generali deferat, ad hoc, vt huiusmodi blasphemæ canonicis pęnis puniantur, cum huius criminis punitio, & abiuratio ad Nos, & Sanctam Inquisitionem priuatiuè quoad Iudices sæculares pertineat.

CAPVT TERTIVM.

VT autem præmio allecti Christi fideles ad publicos Blasphemos denunciandos magis stimulo inducantur, sciant decem annorum Indulgentias à Concilio Lateranense sub Leone X. Pontifice Maximo impertitas illos reuelantibus.

TITVLVS VNDECIMVS.

DE CVLTV, ET OBSERVANTIA dierum Festorum.

CAPVT PRIMVM.

FEstiui dies cum ad peculiarem Deo venerationem, & Sanctorum laudes celebrandas, sint instituti,

tuti,hinc hisce diebus omnes Christi fideles sub præcepto peccati mortalis Sacrosanctæ Missæ Sacrificio intersint,ac hortamur eosdem, vt diuinis interueniant officijs, orationibus,ac pijs misericordiæ operibus incumbant,& à peccatis omninò se abstineant, ac insuper mandamus Parochis, & Curatis omnibus, vt in earum Ecclesijs dies festos ex Constitutione felic. recordat. Vrbani VIII. post volumen Synodi connumerandos, qui sunt præcipuè obseruandi, vigilias,& ieiunia,quæ ex præcepto Ecclesiæ seruari debent,singulis diebus Dominicis Populo denuncient, prout in Epiphania totius anni festa mobilia.

CAPVT SECVNDVM.

CORruptelam, atque abusum irrationabilem potiùs nuncupandum, vtpotè præcepto Ecclesiæ auuersantem declaramus prætextum cuiuscumque consuetudinis festis diebus non audiendi Missam, etiam si fuerint viduę post recentem virorum obitum, vel sponsæ, aut puellæ, ac propterea præcipimus Confessarijs,vt illis,quos sub huiusmodi consuetudinis prætextu hoc præceptum transgredi compererint, ac ipsarum puellarum virginum parentibus, seù tutoribus,& curatoribus huius culpæ authoribus beneficium absolutionis vsque ad obtemperationem, protrahere curent.

CAPVT TERTIVM.

HIS diebus opera seruilia nequaquam adhibeantur,& exerceantur nec à Dominis, neque à famulis,Mercenarijs,Operarijs, Vectoribus, Mulionibus, Molitoribus, Pistoribus,Tonsoribus, Sutoribus,

Calcearijs, cæterisque neque domi, nec extra, nec arent, neque ſerant, metant, vindemiant, aut alijs operibus vetitis incumbant, excepta neceſſitatis cauſa, prout quoque tunc omnes ceſſent iudiciales ſtrepitus, ſicut nec fiant contractuum celebrationes, niſi inter pauperes, & villarum colonos, arbitrio tamen Epiſcopi, ac præuia illius licentia; nam S. Congregatio die 7. Septembris 1630. in cauſa Ligurieñ, Sarzaneñ interrogata: An iniungendum ſit Epiſcopo, vt diebus feſtiuis permittat poſſe ſtipulari, ſeù rogari Contractus iuratos in Terra Maſſæ Carrariæ, præſertim inter pauperes homines villarum vicinarum, ibi diebus feſtiuis confluentes.

Reſpondit licere diebus feſtiuis dare operam rebus ad vitam neceſſarijs, & quoad Contractus inter pauperes remiſit arbitrio Ordinarij.

CAPVT QVARTVM.

PRohibemus diebus feſtiuis fabulas, & comædias recitari, aut alia ſpectacula repræſentari, quæ animum à Diuinis officijs, & pietatis operibus diſtrahunt ſub pęnis arbitrio noſtro infligendis.

CAPVT QVINTVM.

COnuentus Laicorum, quæ concilia, ſeù parlamēta nuncupantur ſub pęnis Nobis benè viſis nuſquam fiant diebus feſtiuis, dum Diuina celebrantur, ſed neceſſitate cogente poſt Veſperas differantur.

CAPVT SEXTVM.

COmmeſſationes, ſiuè compotationes turpes, ſaltatio-

tationes, ſonos, profanas cantilenas, vigilias, aliaſque profanas actiones, etiam occaſione feſtiuitatis alicuius Sancti in Sacroſanctis Eccleſijs, quouis titulo exemptis à cuiusuis ſexus hominibus ſub pęnis arbitrio noſtro infligendis, peragi interdicimus.

CAPVT SEPTIMVM.

Violans dies feſtos aliquo cum illicito opere depræhenſus, præter Diuinam vltionem, & amiſſionem mercium, quas vendit, & animalium, quæ ad vecturam ducit, iuxta Conſtitutionem B. Pij V. deſuper editam, alijs quoque pęnis arbitratu noſtro mulctabitur.

CAPVT OCTAVVM.

Vicarius noſter Generalis, Archipræsbyteri, alijque Curati, vt ſciant ſe quomodo circa dierum feſtorum obſeruantiam, & concedendam gratis licentiam tàm pro rerum venditione, quàm pro manuum labore liberè gerere, ac prohibere debeant, à ſubſcriptis Decretis S. Congregationis ſe normam fore ſumpturos decernimus.

In cauſa Strogoleñ 17. Iunij 1645. cum aliàs à S. Congregatione emanauerit Decretum licere diebus feſtiuis dare operam rebus ad victum neceſſarijs, & tempore perituris, & vbi vrget neceſſitas, vel ſuadet pietas, cumque plures prætendant pro ſuo libito huiuſmodi Decretum interpretari, & propria authoritate, nulla petita ab Epiſcopo licentia, & Epiſcopus ſupplicat declarari: An tuta conſcientia id permittere poſſit, vel potiùs ipſe debeat caſus neceſſitatis, vel pietatis declarare, & inobedientes tēporalibus, & ſpiritua-

ritua-

ritualibus pęnis coercere: S. Congregatio Concilij censuit ſpectare ad Epiſcopum prædictam neceſſitatem, vel pietatem declarare, gratis tamen licentias eſſe concedendas, & iterum in

Beneuentana die 12. Maij 1645. Sacra, &c. Sæpiùs declarauit licere diebus feſtiuis dare operam ad victum neceſſarijs, ac tẽpore perituris, vel vbi vrgeat neceſſitas, vel ſuadeat pietas, & ſi hæ cauſæ veræ ſubſint ad Sacrorum Canonum præſcriptum in caſibus propoſitis, in quo Ordinarij conſcientiam onerant, eumdem requiſitum poſſe, ac debere, & quidem gratis licentiam deſuper impertiri, & iterum ante ſic reſcripſerat.

Cenſuit licere diebus feſtiuis dare operam rebus ad victum neceſſarijs, ac tempore perituris, & præſertim tempore vindemiarum, & meſſium, & recollectionis fructuum, vel vbi neceſſitas vrgeat, ac pietas ſuadeat: cæterum quoniam verendum eſt, nè priuatis affectibus, domeſticarumque rerum ſtudio, alioquin eo perducantur, vt hac Sacrorum Canonum indulgentia in alijs etiam caſibus abutantur, ijdem Patres adijciũt ad Ordinarij cuiuſque iudicium, ac cenſuram pertinere, vt dignoſcat, nùm verè vlla ex cauſis ſupradictis ſubſit, propter quam liceat diebus feſtiuis rebus ſeruilibus vacare, vt nec dierum feſtorum obſeruantia vlla violetur, nec opera illis diebus ſumma cum ratione permiſſa impediantur 12. Maij 1607. & hæc omnia per Archipræsbyteros, & Curatos in Diœceſi dignoſcantur, præterquam vbi aliud fuerit ſeruatum, quo in loco inuigilent Vicarij Foranei ſuper feſtorum obſeruantiam.

CAPVT NONVM.

Fideles quò tuti nullo pauore præpediti Eccleſias

valeant adire, sub pęna excommunicationis prohibemus Officialibus, ac seruientibus laicis, siuè quibuscumque executoribus, aut subexecutoribus, nè diebus festiuis exequutiones, siuè reales, siuè personales, etiam prætextu fiscalium, vel curialium solutionum fiant, iuramenta, & contractus omnes non præcedente nostra licentia interdicimus sub pœna nullitatis, quos nusquàm in Ecclesijs celebrare audeant sub pęnis arbitrio nostro reseruatis, prout etiam vt his diebus nullus Iudicum cuiuscumque sit dignitatis, authoritatis, aut præeminentię reos torqueat, capite puniat, aut alia pęna corporali, nisi criminis atrocitate aliud exigente, & tunc non sine obtenta à Nobis licentia.

CAPVT DECIMVM.

OFficinæ ad vendendum non aperiantur, nisi ostiolum pro necessarijs ad victum subministrandis, & rerum, quæ tempore pereunt, idque sine clamore, & non nisi expletis priùs Diuinis officijs, vt resoluit S. Congregatio Episc. 10. Martij 1595.

Al Vescouo di Nicotera, Panis, & vinum liberè carnes, & similia non nisi intra apothecas semiapertas extra tempus Diuinorum officiorum, & iterum primo Aprilis 1596.

E generalmente, Panis, & vinum liberè qualibet hora venalia exponi possunt, carnes verò, cæteraque commestibilia intra apothecas semiapertas, non tamen eo tempore, quo Diuina officia celebrantur, sed ante, vel post.

CAPVT VNDECIMVM.

QVoad Mercatus, & Nundinas obseruari volumus quod aliàs S. Congregatio Episc. in Alben. 10. Augusti 1592. his verbis rescripsit.

Questi

Questi miei Signori Illustrissimi hanno risoluto, che venendo i Mercati, che si fanno ogni settimana à cadere in giorno di festa di precetto, s'habbino da trasferire nel giorno antecedente, ò vero nel sosseguente alla festa ad arbitrio di chi gouerna, e quanto alle fiere, che sogliono farsi in certe feste dell'anno, per non deuiar il concorso, e la diuotione, s'è stabilito, che non s'habbiano da impedire, purche non si venda, ò compri, se non dopò che sarà celebrata nella Chiesa della festa la Messa maggiore, il che significo à V. S. di commissione delle Signorie loro Illustrissime, acciò in questa conformità si gouerni, e faccia osseruare in tutta la Diocesi, e nominatamente in Garescio, la cui Vniuersità è quà ricorsa per conseguire questa dichiaratione, non ostante li Decreti della Visita Apostolica, & il Signore la feliciti. Sicut etiam adest aliud Decretum directum Vicario Placentino.

Questa S. Congregatione hà risoluto, che si bene non si deuono tolerar' i Mercati soliti farsi ogni settimana ne' giorni festiui, nondimeno però si deue permettere il vendere, e comprare dopò la Messa Conuentuale, quando si fanno le fiere trà l'anno in simili giorni, per non far pregiuditio alla commodità, che i fedeli sogliono riceuere dal commercio, & alla diuotione delle Chiese per causa de' quali ben spesso le fiere si concedono, rispetto al concorso de' Popoli, in questa conformità farete osseruare.

CAPVT DVODECIMVM.

SAnctorum etiam Patronorum, ac Titularium festiuitates proprijs diebus celebrari, nec pro libito, sine licentia transferri in alium diem secundum Rubricas impeditum præcipimus; præterea cum celebretur festum Sancti, aut Beati, cuius Altare extat tantummodo in Ecclesia, nō licet id agere illis diebus

 priui-

priuilegiatis, quibus solum de Patronis principalibus, aut Ecclesiæ totius Titularis festum celebrari conceditur, quas Rubricarum leges districtè obseruari mādamus, aliàs inobedientes pro qualitate contumaciæ ad nostrum arbitrium erimus mulctaturi.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

ADhærēdo Decreto nostri Prędecessoris b.m. Archiepiscopi Sersalis iniungimus omnibus Dignitatibus, & Canonicis, vt Nobis Vesperas, & Missas solemnes celebraturis, in Choro interesse debeant vestibus iuxta Cęremoniale indutis, sub pęna punctorum 20. quam Præfectus Chori exequi curet; insuper hoc idem mandamus pro hebdomadarijs.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

AD maiorem Dei gloriam, & honorem per Sacristam maiorem, vel alterum, cuius interest inuitentur in solemnioribus festis, & ad processiones Magistratus ad Ecclesiam.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

MOnitiones in excommunicationibus ferendis, & excommunicationis latæ publicatio pro rebus deperditis, fieri poterint diebus festiuis, exceptis tamen illis Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Ascēsionis, Pentecostes, ac Sanctissimi Corporis Domini Nostri Iesu Christi.

✠✠✠

TITVLVS DVODECIMVS.

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS, earumque Veneratione, Immunitate, & Libertate Ecclesiastica.

CAPVT PRIMVM.

QVanta Domum Dei decet sanctitudo, faciliter deducatur ex eo, quod in ipsa præcipuè (licet vbique) residet Rex Regum, & Dominus Dominantium, hinc nos Christi fideles Christi Ecclesias præcæteris venerari debemus, vt igitur Dei Templum quomodo sit construendum, ac constructum iàm conseruandum, quo pariter more intus illud Christi fideles se gerere debeant, prout quomodò Ecclesiastica Libertas, Immunitas, & Iurisdictio ab omnibus integra sit conseruanda, & custodienda, in sequentibus Capitibus indicere, & patefacere proponimus.

CAPVT SECVNDVM.

NVlla ædificetur Ecclesia, haud nostra intercedente licentia, quò perspiciamus, an situs sit decens, an fructus, & redditus pro Ecclesia, eiusque ministerio sustinendo satis existant, prout quoque nulla post hac in Ecclesijs erigantur Altaria, nisi dote prius assignata competenti pro celebratione Diuinorum, proque rebus opportunis, ac nostra sine approbatione: subter suggestum, vel sub organo, ac in pariete obuerso maiori Altari non ædificentur, demum non sint ita propinqua, vt Sacerdotes ipsa propin-

quitate in Sacrificijs se interturbent, veteraque cum spoliata, aut squallore obsita sunt, ex eorumdem fructibus restaurentur, nec nisi necessariò, & cum licentia à Nobis obtinenda destruantur; In exornandis Ecclesijs non adhibeātur aulæa, vel signa cum Imaginibus gentilium, vel aliter christianę puritati repugnantibus; Volumus tamen bona, redditus, & prouentus pro Ecclesiarum fabrica deputata, ad alios casus non esse conuertenda, & conuertendos, nisi Nobis aliter propter necessitatem, vel maiorem vtilitatem Ecclesię fuerit visum.

CAPVT TERTIVM.

NEmo sub pęnis de Iure, & Constitutione Pij V. inflictis, & alijs Nobis benè visis præsumat in Ecclesijs, præcipuè Diuinorum officiorum, vel Concionis tempore deambulare, nugari, negocia tractare, clamores, risus, confabulationes agere, ante Ecclesias ludi nullo modo fiant, nec aliud quicquàm, vnde strepitus, vel clamores oriantur, similiter nullus ex Laicis, siuè Clericis in Ecclesia, eiusque atrio, cæmeterio, aut porticu choréas ducat, pila, vel quouis alio ludo ludat, negotiationem, siuè mercaturam peragat, nec aliquis quicquam venale exponat, ne id quidē, quod ad Sacrificij, aut Ecclesiæ ipsius cultum spectaret, fruges, fabrilia instrumenta, trabes, ligna, aut quoduis profanæ supellectilis genus in Ecclesijs non asferuentur, nec Populi concilia, neque scholæ, nisi Sacræ Theologiæ, Christianæque Doctrinæ in eisdem habeantur, & tunc facultate à Nobis in scriptis circa præmissa, obtenta.

CAPVT QVARTVM.

INterdicimus ſub pœna excommunicationis Curſoribus quibuſcumque, ne quemquam in Eccleſijs, vel earum cæmeterijs, ſeù alio loco immuni earumdem tàm ciuiliter, quàm criminaliter citare attentent.

CAPVT QVINTVM.

IVdicia criminalia, vel actus ad sæculare forum pertinentia, & pertinentes, teſtium videlicet examinatio, delictoruminquiſitio, cadauerumque inſpectio in Eccleſijs à nemine attententur ſub pęnis, de quibus in Tit. de funeribus, & exequijs 10. cap. 4. parte ſecunda.

CAPVT SEXTVM.

ADhęrendo Decreto in poſtrema Diœceſana Synodo per noſtrum Prædeceſſorem emanato ſub titulo de dierum feſtorum Cultu cap. 6. nu. 5. fol. 10. à tergo, præcipimus omnibus, curam animarum exercentibus, Cuſtodibus, Guardianis, Rectoribus, Præpoſitis, etiam Regularibus exemptis, vt eorum Eccleſias ante Auroram non aperiant, illaſque ſtatim, vel paulò poſt ſonum ſalutationis Angelicę claudant, aliàs ex nunc pro tunc Eccleſias prædictas Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, prout in enunciato Decreto ſuppoſitæ fuerunt vigore facultatis, aliàs eidem Prędeceſſori noſtro ſub nomine Archiepiſcopi à S.C. Epiſc. attributæ per literas, ſub datum Romæ 12. Iulij 1653. huiuſmodi ſub tenore.

All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignore, come Fratello l'Arciuescouo di Bari. Intus vero: *Illustre, e Reuerendissimo Monsignore, come Fratello. Doueuano per proprio loro debito cotesti Regolari preuenire, non che sprezzare sotto pretesto d'esentione i lodeuoli sentimenti del Pastorale Zelo di V. S. con serrar le porte delle loro Chiese poco doppo il segno dell'Aue Maria ne' giorni particolarmente di maggior concorso, per ouuiare a scandali pur troppo noti, e frequenti, che ne sogliono auuenire, e conformarse con l'vso delle Chiese più ben regolate, & osseruanti, ricordandosi quanto disconuenga l'allegare priuilegij, ò esentioni, oue si tratta del maggior seruitio di Dio; Onde per tor loro ogni pretesto, comandano questi Signori miei Eminentissimi, che V. S. con autorità della S. Congregatione ne faccia alli medemi quelle prohibitioni, che stimarà necessarie, e proceda contro i transgressori alle douute pene; glielo significo, e Dio la prosperi. Roma 12. Luglio 1652. Di V. S. come fratello affettionatissimo. M. Cardinal Ginetti.*

Et licet hoc Decretum, Ecclesias intus, & extra hanc Ciuitatem sitas concernere videatur, tamen idem quòad alias Ecclesias nostræ Dęcesis sub eadē pęna seruandum decernimus, excipimus tamen ab huiusmodi prohibitione noctes Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, & Cęnæ eiusdem.

CAPVT SEPTIMVM.

EXtrauagant. Vnicæ de Vita, & honestate Clericorum, Sac. Concil. Trid. sess. 22. in Decreto de obseruan. & vitand. in celebrat. Missar. Cæremonialis Episc. lib. 1. tit. de Organ. & Organistis versic. Cauendum, & infra versic. Idem quoque Cantores, ac Decreti S. Congregationis apud Barbos. in Collectan.

lectan. Bullar. verb. Cantiones dispositiones sectando, Interdicimus, ne in Ecclesijs, Cappellis, & Oratorijs de tempore celebrationis Diuinorum officiorum, vel vbi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum expositum reperitur, cantentur versus, vel alia verba vulgari idiomate composita, quamuis spiritualia, & quæuis opera, etiam deuotionem excitantia, præter ea, quæ in Breuiario, vel Missali Romano in officijs de proprio, vel de Communi pro currenti cuiuscumque diei festo, vel Sancti solemnitate præscribuntur, exclusis in his etiam ijs modulis, qui chorças, ac profanam potiùs, quàm Ecclesiasticam melodiam imitari videntur, quinimmò vt præmissa inconcusè seruentur, sequentes disposita in Constitutione à s. m. Alexandro Papa VII. incipien. Piæ sollicitudini, ædita in Visitatione Almæ Vrbis, iniungimus omnibus, & quibuscumque tàm Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus, vt sub pęna excommunicationis latæ sententiæ in eorum Ecclesijs, Cappellis, & Oratorijs prænarrata obseruent, ac obseruari faciant, alioquin ipsæ Ecclesiæ, Cappellæ, & Oratoria, etiam Regularium interdicto supponentur Ecclesiastico, & Musici canere, vel instrumenta choræalibus, & profanis modulis pulsare audentes excommunicationi subijcientur.

CAPVT OCTAVVM.

INterdicimus, & pro interdictis haberi volumus; & mandamus Cappellas, sub quarum scabellis corpora sunt humata, donec aliò transferantur, iuxta responsum Sac. Congregationis Rituum in vna Calagurit. 11. Iulij 1643. vt infra.

Calaguritan. Curatus, & Vicarius Foraneus Oppidi de Belbao petierunt declarari, An liceat corpora

defunctorum sepelire propè Altaria, & sub Pradellis? Et Sac. Rit. Congregatio, Respondit non licere, sed omninò esse amouenda, & seruandam dispositionem Sacrorum Canonum in C. Præcipiendum 13. qu. 2. Necnon Constitutionem s. m. Pij V. in Bullario anno V. in ordine §. 6. die 11. Iulij 1643.

CAPVT NONVM.

QVò reuerentia Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Ecclesijs, vt decet, & tenemur, exhibeatur, Decernimus, vt si quis eo præcipuè tempore, quo adorabile Sacramentum in Altari expositum reperitur, omni debita religione, cultuque neglectis, clamores, aut tumultus agere, aut homicidia patrare, aut membra mutilare, aut demum verberare, seù quomodolibet alios grauiter lædere, siuè hęc eadem in atrijs Ecclesiæ facere non fuerit veritus, excommunicationem latæ sententiæ Nobis reseruatam incurrat, id quod etiam extendimus ad eos, qui tempore delationis Sanctissimi Sacramenti per Vrbem, & Diçcesim in locis, per quæ fertur, tumultus huiusmodi, & rixas committat, eamdem excommunicationem ipso iure inflictam pariter imponimus aduersus illos, qui, quamuis non reperiatur exposita Sacra Hostia, huiusmodi irreuerentias, grauesque iniurias alijs intus Ecclesias intulerint, eosque præcipuè inquietantes, & molestantes, aut quomodolibet offendentes, qui ad ipsas Ecclesias, vtpotè ad tutum Asylum confugerint.

CAPVT DECIMVM.

SEdilia in Ecclesijs sine authoritate nostra in posterum non ponantur sub pęna excommunicationis

latæ

latæ ſententiæ, permittimus tamen tempore audiendarum Concionum, illaque tamen remaneant impręſcriptibilia quòad Eccleſiam, illiuſque Prælatum, cum cenſeantur iure præcario conceſſa, hinc laicorum ſcamna, & loca moderari poſſe arbitrio Epiſcopi, reſcripſit Sac. Congregatio Rit. 10. Decembris 1604. & alibi pluries, illud tamen, vtpotè redolens Simoniam, vetamus, declarando pro abuſu, & corruptela venditionem præfatorum ſedilium, ſeù locorum, ex quocumque iure patronatus ex inde prætenſo. Toleramus tamen ſine præiudicio iurium noſtrorum eorumdem locorum tranſmiſſionem ad hæredes tùm ſuos, tùm extraneos, ſiuè per viam donationis, noſtro tamen accedente conſenſu, & beneplacito.

CAPVT VNDECIMVM.

REis confugientibus ad Eccleſiam, vel in Cæmeterio exiſtentibus, arma etiam prohibita Iudices ſæculares auferre non attentent ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, hinc eadem arma in vna Bareñ anno 1671. Excellentia Regni per ſubſcriptam Epiſtolam reſtitui præcepit, neque illos ſub cuſtodia intus Eccleſias, & loca immunia coarctent, victualia, & cibarìa non impediant, quinimmò poſt Conſtitutionem Greg. XIV. infra referendam, hi caſus cenſentur eſſe in ea compræhenſi, vt aliàs, & pluries declarauit Sac. Cong. Immunitatis.

✠✠✠

Epiſtola

Epistola Excellentiæ Regni desuper memoratæ ita fuit exarata.

Foris. Al Muy Reuerendo Señor el Arçobispo de Bari del Consejo de su Majestad. Bari.

Intus verò.

MVY Reuerendo Señor. Reçibo la Carta de V. S. de 4. deste, haziendome instançia por las razones que representa, Ordene al Preside dessa Prouinçia restituya las armas, que con otros Ministros quitò à muchas personas que estauan refugiadas en la Yglesia de Sancta Maria del Socorro dela Tierra de Noya, atento hà reusado hazerlo, sin embargo delas instançias que se le han hecho paraque no quede perjudicada la juridiçion, y immunidad Eclesiastica, y euitar las censuras. Y hà pareçido dezir à V. S. que ya hè ordenado al Preside las restituya, y assi lo auiso à V.S. que Dios guarde. Napoles à onçe de Abril 1671. A lo que V.S. mandare Ael Duque de Segorbe, y Cardona. Al Arçobispo de Bari.

Eosdem confugientes similiter nulli cuiusuis status, & conditionis, præsertim Iudicibus sæcularibus nullo modo liceat ex Ecclesijs; Monasterijs, Sacellis, locisque Sacris extrahere, nisi in casibus à Iure permissis, & à Nobis prius per sententias declarandis, alioquin asportantes exinde delinquentes huiusmodi à Nobis non impetrata facultate, ipso facto excommunicationem incident ad præscriptum Constitutionis s. m. Greg. XIV. incip. Cum aliàs nonnulli 9. Kalend. Iuni 1591. & hoc sæpè per Sac. Cong. Immunitatis fuit declaratum, & præcipuè sicut, & infra recenter.

Die

Die 20. Septembris 1639. in vna Florentina. Sac. Cong. Immunitatis censuit non licuisse Ministris Curiæ sæcularis propria authoritate extrahere de Conuentu Fratrum Sanctissimæ Annunciatæ eos, qui illuc confugerant sub eo prætextu, quod Ordinarius denegauerat facere extractionem, & quod Bulla Greg. XIV. in tali casu det licentiam ipsis laicis extrahendi; Nam dicta Bulla non intelligitur ità simpliciter casum resoluere, an sit locus extractioni; Sed commissum per Bullam iudicio Episcopi; vnde si Episcopus non iudicat esse locum extractioni, non debet credi idem relictum fuisse arbitrio laicorum.

Item quia in casu laicis permisso, ipsa Bulla mandat, vt carcerari ducantur, & custodiantur in carceribus Ecclesiasticis.

Item quia statim atque Episcopus sic extractos sibi consignari instat, debent ei consignari, donec cognitum sit ab Episcopo, an gaudeant nec ne Immunitate.

Item.

A Monsignor Arciuescouo di Fiorenza à 9. di Settembre 1639. Conforme il vero intelletto della Bolla di Gregorio Decimoquarto s. m. dichiarato da' Tribunali di questa Santa Sede, alla quale spetta simile dichiaratione, non s'è potuto senza incorso di censure fare da i medesimi laici l'estrattione che V. S. auisa de' confuggiti dal Conuento della Santissima Annunciata di cotesta Città, e molto meno ritener quelli carcerati; Onde dourà V. S. procurare la douuta reintegratione, come si deue sperare dalla pietà di S. A. e ne hà dato intentione il Signor Ambasciatore, che quando non seguisse, dourà V. S. darne subito auiso, per ricercar gl'ordini necessarij, auuertendo, che à Vescoui, & Arciuescoui spettano anco le difese dell'Immunità, e Giurisdittione Ecclesiastica, benche

benche la violatione si commetta in luoghi immuni de' Regolari, e quì à V. S. m'offro di Cuore. Gio: Battista Cardinal Panfilio.

Quam excommunicationem sciant omnes Sanctissimo Domino, eiusque S. Sedi Apostolicæ esse reseruatam, nec illius absolutionem, etiam cum reincidentia esse permissam loci Ordinario, vt Sac. Cong. Immunitatis rescripsit in sequentibus literis, & præcipuè Vicario felic. recordat. Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Brancacij, tunc Episcopi Caputaqueñ sub his verbis.

Reuerendo Signore. Non essendo permesso à gl'Ordinarij senza espressa facoltà di questa Santa Sede d'assoluere gli Scommunicati per causa di violata giurisdittione, Immunità, ò libertà Ecclesiastica; perciò vi douete astenere dal dare in questa materia assolutione, etiamdio con reincidenza: Ma di quanto in ciò occorresse, ò dalli Scommunicati fosse fatta instanza, ne darete auiso distinto à questa Sacra Congregatione, la quale darà gl'ordini, che saranno espedienti, e di giustitia, e Dio vi conserui. Roma 16. Giugno 1632. Al piacer vostro, Il Cardinal Gessi. Francesco Paolucci Secret. della S.C.

Et iterum D. Episcopo Lycieñ huiusmodi sub tenore.

All'Illustre, e Molto Reuerendo Signore, come Fratello, il Vescouo di Lecce. Illustre, e Molto Reuerendo, come Fratello. Non essendo permesso à gl'Ordinarij senza espressa facoltà di questa S. Sede, di assoluere gli Scommunicati per causa di violate Giurisdittioni, Immunità, e libertà Ecclesiastica, per ciò V. S. si dourà astenere dal dare in questa materia assolutione etiamdio con reincidenza, mà di quanto in ciò occorresse, ò da gli Scommunicati fosse fatta instanza, V. S. ne darà auiso distinto à questa Sacra Congregatione, la quale darà gl'ordini,

che

che saranno espedienti, e di giustitia, e Dio la prosperi. Roma 16. di Giugno 1632. Di V. S. come Fratello R. C. Gessi. Francesco Paolucci Secret.

Supradictam censuram incident pariter ligantes in Ecclesijs compedibus, vel manicis ferreis confugientes, ablata quoque per Sac. Cong. Immunitatis desuper locorum Ordinarijs facultate absoluendi, etiam cum reincidentia præfata attentantes, siuè patrantes, vt aliàs fuit rescriptum per eamdẽ Sac. Cong. Immunitatis, & præsertim in vna Bareñ anno 1667. die 22. Octobris cum literis ità Nobis transmissis.

Foras. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignore, come Fratello, l'Arciuescouo di Bari.*

Intus. *Illustre, e Reuerendissimo Monsignore, come Fratello.*

Maddalena Acquauiua, Francesco Antonio, e Domenico Furietti suoi figliuoli, essendo incorsi nella Scommunica per hauer fatto ferrare nel Conuento de' Padri Riformati di S. Francesco in Valenzano di cotesta Diocesi due giouani, che vi stauano rifuggiati, e supponendo à questa Sacra Congregatione dell'Immunità Ecclesiastica di hauerli fatto porre in libertà, hanno supplicato d'essere assoluti con tutti quelli, che coll'opera, ò col conseglio hanno cooperato alla sodetta estrattione, siche hauendo benignamente condisceso la somma Clemenza di N. S. col parere della medesima Sacra Congregatione, communica à V. S. in virtù della presente lettera la facoltà d'assoluere priuatamente gl'Oratori, e nella solita forma della Chiesa gl'altri Correi, purche questa sia prima stata reintegrata, come sopra, e sodisfatta la parte; E perche viene di più supposto alla stessa Sacra Congregatione, che V. S. habbia assoluto dalla sodetta Scommunica, benche con reincidenza i prefati suppli-

 canti,

canti, in tale caso vogliono questi Eminentissimi Signori, ch'ella si stimi ammonita à guardarse per l'auuenire dal dare simili assolutioni senza la facoltà della Sacra Congregatione, e me l'offero di Cuore. Roma 22. Ottobre 1667. Di V. S. come Fratello affettionatissimo, M. Cardinal Ginetti. I. Patriarca di Antiochia Secretario. Gratis etiam quoad scripturam. Monsignor l'Arcinescouo di Bari.

Tandem nemo ignoret antedictam excommunicationem nedum esse inflictam contra effectiuè, & realiter extrahentes ab Ecclesia, & locis prædictis commorantes ibidem, sed etiam aduersus extractum non restituentes, & illius restitutionem impedientes, etiam si eorum mandato, seù ordine non fuerint extracti, prout similiter extractos detinentes, siuè non restitui mandantes, & auxilium præstantes.

CAPVT DVODECIMVM.

NVllus Minister cuiuscumque Iurisdictionis sub pęna excommunicationis perquisitionem vllam attentare præsumat, vel fieri præcipiat, aut permittat in ædibus Ecclesiasticorum, etiam sub prætextu bonorum ibidem absconditorum, seù quocumque titulo, siuè colore repositorum sine nostra, vel nostri Vicarij Generalis licentia in scriptis obtenta; ideòque vt omnis tollatur occasio querelæ nemo ex Clericis minoribus, seù maioribus in Ordinibus constitutis, siuè quacumque dignitate Ecclesiastica præfulgens bona alterius in suis domibus recipiat in fraudem gabellarum, siuè collectarum, aliàs secus facientes pęna ducatorum decem singulis vicibus mulctabimus, & ad interesse partis condemnabimus; aduersus autē recipiētes bona furto substracta, pęnas à Iure inflictas exequemur.

CA-

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

CLerici cum in persona, & in bonis siuè patrimonialibus, siuè quouis titulo acquisitis à Iurisdictione laicali omninò sint exempti, ac proinde præcipimus sub pœna excommunicationis ipso Iure incurrendæ, vt nemo quorumuis literarum executorialium vigore exequi præsumat bona Clericorum sub ementito prætextu, quod illa non extent eorumdem, ne aliàs indirectè contra Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum dispositionem, Ecclesiasticos ad Tribunalia laicalia pulsari, & trahi contigerit.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

INdemnitati nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ, aliarumque Ecclesiarum Ciuitatis, & Diœcesis consulentes in his scriptis, excommunicationis mucrone ferimus omnes, & singulos indebitè turbantes, & molestantes possessiones, & bona earumdem Ecclesiarum Ciuitatis, & Diçcesis, arbores, & vites incidenres, nec non ipsarum Iura, census, redditus, & alios prouentus occupantes, prout & in prædictis participantes, ac consilium, & fauorem præstantes.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

QVamuis aliàs à Sac. Congregatione controuersijs iurisdictionalibus præposita, sub datum Romæ 18. Septembris 1639. emanarit Decretum huiusmodi sub tenore: Sac. Congregatio cōtrouersijs iurisdictionalibus præposita censuit Clericos non gaudere exemptione pro bonis ad suscipien-

dos Sacros ordines donatis,& assignatis, donec non fuerint in eisdem Sacris ordinibus constituti, & Episcopos debere cognoscere super fraudolentis donationibus; illud nihilominus fuit per eamdem Sac. Congreg. declaratum modo infrascripto: *Se li beni per il patrimonio Clericale ad effetto di promouersi à gl'ordini Sacri, s'assegnano à Clerici per tal'effetto, restano li medesimi beni appresso li medesmi assignati sin'all'atto dell'ordinatione, non possono in questo mentre godere l'esentione, nè il priuilegio del patrimonio Clericale, sinche li Clerici non siano promossi à detti ordini Sacri, & in questi termini parla il Decreto della Sacra Congregatione sopra le controuersie giurisdittionali: ma se li beni senza fraude (che da' Vescoui con integrità, e prestezza deue conoscersi) benche assignati per dett'effetto d'ordinarsi à gl'ordini Sacri con titolo di donatione, ò altro titolo sono trasferiti, e venuti in dominio d'essi Clerici, senza dubbio detti beni deuono senza dilatione godere l'esentione, che de Iure, e de consuetudine compete à' beni acquistati da' Clerici espressa nella decisione Brundusina coram b. m. Percia, e nella decisione Albanense coram b. m. Merlino approuate dalla medesima Sacra Congregatione, e da quella sopra Vescoui, nè perciò si può fare illatione, che per simili beni consignati, e trasferiti non compete l'esentione à Clerici*, vt per literas eiusdem Sac. Congregationis, sub datum Romæ 4. Augusti 1643. subscriptas ab Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

LIbertas Ecclesiastica vt conseruetur, & à Nobis, vt Pastorale debitum exigit, defendatur, mandamus omnibus Gabellarijs, Datiarijs, Carratarijs,

Macel-

Macellarijs, Piscatoribus, Panis, Vini, Carnis, Piscium, & aliarum quarumcumque rerum Gabellis, & Datijs subiectarum venditoribus, siuè domini sint, siuè famuli, siuè ad grossum, siuè ad minutum vendentibus, Dohanerijs, portarum Custodibus, & alijs, ad quos pertinet, vt Ecclesiasticos tractent francos, & immunes ab omnibus Datijs, & Gabellis, illosque nec directè, vel indirectè molestent, vel inquietent, aliàs sententiam excommunicationis per Constitutiones Apostolicas inflictam, eosdem vti violatores Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ incurrisse declarabimus.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

INsuper quoscumque, qui quolibet modo, aut prætextu ab Ecclesiasticis ratione bonorum, quæ quamcumque ob causam possident, exigere aliquid sub assertis nominibus præsumpserint, si particulares extant, maioris excommunicationis, ac maledictionis æternæ pœna ipso facto innodamus, si Vniuersitates, aut Populi interdicto generali, constito Nobis de huiusmodi exactione, supponentur, neque solum Syndicos, Electos, Deputatos, Exactores, Datiarios, Consulentes, opem præbentes, hanc pœnam incurrere volumus, sed etiam Clericos, & quoscumque Ecclesiasticos prædicto nomine, siuè voluntariè, siuè per vim concordiæ, seù conuentionis, aut compositionis aliquid occasione præmissa persoluerint, ideoque sub pœna arbitratu nostro reseruata, hoc Synodale præceptum teneantur Italico sermone Archipræsbyteri, & Parochi quicumque inter Missarum Solemnia Populo sæpè proponere ad illius ignorantiam euitandam, deducendo interea pro factorum contingentijs ad notitiam omnium sequentes declarationes Sac. Congregationis.

Epi-

Episcopo Polinianeñ die 25.Ianuarij 1619. Cum Vniuersitas Ciuitatis Polinianeñ, vt æs alienum ducatorum centum mille solueret, Præsbyteros ad soluendum omnium bonorum suorum,non tamen patrimonialium bonatenentiam cogere posse per Sac. Cõgregationem facultatem sibi impertiri supplicasset, Sacra eadem Congregatio petitionem hanc, vtpotè Sacris Canonibus de directo contrariam reiecit.

Item 20. Decembris 1619. *Al Vicario di Bari,che difenda il Capitolo della Catedrale dalla molestia de' Ministri Regij,per il pagamento delle Collette pro bonis emptis, & donatis.*

Adeò quod Ecclesiastici neque per viam eleemosynæ ad onera Vniuersitatis subleuanda aliquid impertiri valent, vt rescripsit Sac. Cong. Episcopo Squillaceñ 21. Maij 1598. *Gli Ecclesiastici non contribuiscono alle grauezze della Città, nè anco sotto titolo di elemosina.*

Eadem fruuntur immunitate quoad contribuendum pro salario Physici, Chirurgi, vel Ludi magistri ære publico conductorum ex rescripto Sac. Congregationis Episcopo Penneñ 2. Augusti 1619. Videlicet Petente Vniuersitate Lauretana Ecclesiasticos ad solutionem onerum pro Physico,& Chirurgo, & ludi Magistro impositorum, attento quod illorum opera vtuntur, obligatos esse declarari, Sac. Congregatio negatiuè respondit.

Imò Hospitalium,& Consoliditatum bona ijsdem potiri priuilegijs, quibus & cætera Ecclesiastica Sac. Congregatio rescripsit Vicario Bareñ 30. Iunij 1617. in hunc modum: *Che non facci molestare la Confraternita del Santissimo Corpo di Christo della Terra di Grumo dalli Ministri Laici per la fida, che pretendono di trenta Vacche,che detta Confraternita tiene.*

CA-

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

DEcretis Sacræ Congregationis inhærentes declaramus Clericos pro damnis datis ab eorum animalibus, non teneri ad pœnam, & statuta Laicorum, sed tantummodò ad damnum, pro quo sunt conueniendi coram Nobis in foro Ecclesiastico, nisi velint contrafacientes Ecclesiasticis innodari censuris, vt aliàs rescripsit Sac. Congregatio, prout Episcopo Castreñ, & est tenoris sequentis.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Immunitati Ecclesiasticæ, & controuersijs Iurisdictionalibus prępositorum censuit cognitionem causarum tàm damnorum datorum in bonis Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quàm pęnarum eorumdem damnorũ spectare ad Curiam Episcopalem. Martius Cardinalis Ginettus. Locus ✠ sigilli. Gratis etiam quoad scripturam. Franciscus Pauluccius Secret. Sac. Congregationis.

Et ante. *Al Vicario d'Otranto* 10. *di Giugno* 1586 *Si riproua l'ordine, che facendo danno gl'animali de' Clerici, ritrouati dalla secolare si paghi certa pena, della quale parte s'applichi alla Corte Arciuescouale, e parte alla Secolare, essendo ciò contro la Libertà Ecclesiastica*. Et iterum.

Al Vescouo di Coriati à 28. *di Nouembre* 1594. *Le persone Ecclesiastiche ancora per danni dati da' loro animali deuono essere conuenuti auanti il Vescouo.*

CAPVT DECIMVMNONVM.

OMnibus Ecclesiasticis expresse præcipimus, ne per se, vel per alios directè, vel indirectè in

eorum

eorum immunitatibus, vel exemptione à Gabellis ex bonis non immunibus sub pœnis Nobis benè visis aliquam adhibeant fraudem, aliàs aduersus ipsos seuerè procedemus cum eorum condemnatione ad interesse partis.

CAPVT VLTIMVM.

QVerimonias in dies Nobis deferunt Vniuersitates sæcularium super simulatione donationum, venditionum, permutationum, concessionum, & similium contractuum, ad finem fraudandi Gabellas, Collectas, & alias impositiones, pro earum onere subleuando, tanto malo, quod perniciem animarum inducit, occurrere volentes, prohibemus huiusmodi contractus simulatos, & fraudulentos, damnum, & interesse Gabellis, Datijs, Collectis, & similibus Vniuersitatum inducentes, inter Laicos, & personas Ecclesiasticas nullo modo iniri; aliàs Ecclesiastici incurrant pœnam ducatorum quinquaginta vsibus pijs applicandam, præter alias arbitrio nostro imponendas; Sæculares verò excommunicationem.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

DE DIVINIS OFFICIIS, & distributionibus quotidianis.

CAPVT PRIMVM.

SIcut à beatissimis mentibus, & à purissimis Cœlis enarrantibus gloriam Dei, canendi ritum militans fuit edocta Ecclesia, ità illorum curent imitari candorem, ne sordidis obstrepentes moribus à Domino

mino repellantur de Choro canentium ; Studendum est igitur, vt voci corda respōdeant, ne labijs honoretur Deus, cor autem eorum distet ab illo, verba religiosè, ac distinctè proferantur, non oscitanter, non tepidè, nec confusi, nec properanter, ne opus Domini aduersus negligenter agentes in maledictionem resultet, mentis modestia ex oris, habitusque compositione habeatur, ne aliàs iratus Deus vindicta nos puniat, aç aliàs orationibus deuictus nostris annuat votis, & Ecclesiæ tutamen retineat.

CAPVT SECVNDVM.

CElebrentur ex ordine Kalendarij, & Romanę Ecclesiæ instituto Diuina officia, pro quibus iuxtà praxim, & obseruantiam Archidiaconus, vt maior, & prima Dignitas in nostra Metropolitana Ecclesia, & in alijs Ecclesijs nostræ Diœcesis ij, ad quos pertinet, Tabellam, in qua singulis diebus officia præscribantur, conficiant.

CAPVT TERTIVM.

NOn sine animi nostri displicentia relatum Nobis fuit nonnullos laicos sub prætextu deuotionis, & pietatis, impedimentum, molestiasque inferre Clericis in Choro psallentibus, & diuina persoluentibus officia, etiam cum occupatione propriarum Sedum Canonicorum, aliorumue Pręsbyterorum ; ideòque pręcipimus omnibus, & quibuscumque laicis cuiusuis gradus, status, & conditionis, vt sub Anathematis pęna à publicatione præsentium non audeant in Choro commorari cum Clericis, simul sedere, stare, nec aliquo modo perturbare tęmpore diuinorum officiorum,

rum,quod pariter prohibemus Sacerdotibus,siuè Canonicis Superpelliceis non indutis, sub pęna arbitratu nostro infligenda.

CAPVT QVARTVM.

EDictum per Nos editum super obseruantia in Choro post Synodum inserendum, quod hîc pro inserto haberi volumus,& in omnibus,& per omnia iuxtà eius seriem, & continentiam perpetuò obseruari mandamus, quare Præfectus Chori punctaturas aduersus controuenientes in casibus omnibus ibidem demandatis exequi curet,& insuper contumaces Nobis deferat in Ciuitate, & Diœcesi Vicario Foraneo,ad effectum,facti qualitate pensata,vlterius ipsos pęnis subijciendi.

CAPVT QVINTVM.

AD præscriptum aliàs iniunctorum per nostrum Prędecessorem b.m. Archiepiscopum Sersalem, præcipimus admodum Reuerendo Capitulo nostræ Ecclesiæ Metropolitanę,eiusque Dignitatibus,& Canonicis,necnon hebdomadarijs omnibus,vt inseruire teneantur in Choro modo infrascripto.

Si ordina che habbino à seruire nel Coro per hebdomadam alternatim, e che oltre le loro eddomade assignate, siano tenuti interuenire al seruitio del Coro, videlicet, Tutto il tempo dell' Aduento, tutta la Quaresima, la vigilia di Pentecoste, di Natale, tutta l'ottaua del Corpus Domini alle Vespere, tutte le Feste di precetto, e tutte le Solennità, che si sogliono fare nella Catedrale dalle prime fino alle seconde Vespere inclusiuè, altrimente si puntaranno secondo il tempo, che mancaranno, & in

tutte

tutte le Feste solenni ordinarie, e straordinarie di detta Chiesa, conforme douranno ancò seruire li RR. Dignità, e Canonici nelli sopradetti giorni, oltre l'eddomade, quali Dignità, e Canonici debbiano anco seruire nell'Aduento per eddomada, seruendo la Quaresima ogni settimana.

Prout præcipimus, & mandamus, vt Admodum Reu. Capitulum eiusque Dignitates, & Canonici, necnon hebdomadarij omnes teneantur inseruire, ac interuenire tàm in Choro, quàm in Processionibus, temporibus, & solemnitatibus subscribendis sub pęna punctorum decem pro quolibet, alijsque arbitratu nostro infligendis.

MENSE IANVARII.

1 Circumcisio Domini
6 Epiphania Domini.

MENSE FEBRVARII.

2 Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.
9 Solemnitas Sancti Sabini.

MENSE MARTII.

Prima feria tertia festum S. M. Constantinopolitanæ.
25 Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.

MENSE MAII.

9 Translatio Sancti Nicolai.

MENSE IVNII.

24 Natiuitas S. Ioannis Baptistæ.
29 Festum SS. Apostolorum Petri, & Pauli.

MENSE AVGVSTI.

15 Assumptio Beatæ Mariæ Virginis.

MENSE SEPTEMBRIS.

8 Natiuitas Beatæ Mariæ Virginis.
19 Festum S. Ianuarij Episc. & Martyr. Regni principalis Patroni.

MENSE OCTOBRIS.

4 Dedicatio Ecclesiæ Metropolitanæ.

MENSE NOVEMBRIS.

1 Festum Omnium Sanctorum.
2 Commemoratio omnium fidelium Defunctorum ad Matutinum, Laudes, & Missam.
30 Festum S. Andreæ Apostoli.

MENSE DECEMBRIS.

6 Solemnitas Sancti Nicolai.
8 Conceptio Beatæ Mariæ Virginis.
10 Inuentio Sancti Sabini.
24 Vigilia Natiuitatis Domini.
25 Natiuitas D. N. Iesu Christi.

Festum

26 Festum Sancti Stephani.
27 Festum S. Ioannis Apostoli.

IN FESTIS MOBILIBVS.

Feria quarta Cinerum ad Missam. Dominica Palmarum, Dominica Resurrectionis D.N. Iesu Christi, cum tribus antecedentibus, & duabus sequentibus diebus.

Ascensio Domini.

Vigilia Pentecostes ad Missam.

Dominica Pentecostes cum duobus sequentibus diebus.

Dominica Trinitatis.

Festum Sanctissimi Corporis Christi, & omnes Vesperæ per totam octauam inclusiuè.

In Anniuersarijs omnium Archiepiscoporum, & Canonicorum defunctorum Metropolitanæ Ecclesiæ in Missis.

In Anniuersario Consecrationis Illustrissimi D. Archiepiscopi in Missa.

IN PROCESSIONIBVS.

Omnium feriarum sextarum Mensis Martij. Sancti Marci, & eius Missa, Rogationum, Ascensionis, Corporis Christi, omnium Tertiarum Dominicarum cuiuslibet mensis, etiam in Missis, & in omnibus alijs Processionibus, & Missis solemnibus.

CAPVT SEXTVM.

Sciant omnes addicti seruitio Chori, ipsos illi tunc satisfacere, quatenus vnusquisque Canonicus

serui-

seruitium saltem nouem mensium per singulos annos, iuxta Constitutionem Sacri Concilij Tridentini præstet, prout aliàs anno 1664. Sac. Cong. Concilij Archiepiscopo Brundusino relationem status eius Ecclesiæ de tempore Visitationis liminum facienti, respondit hoc modo.

Seruitium, quod tertijs quibusque hebdomadis in sua Cathedrali præstatur à Canonicis ea, hactenus probant Eminentissimi Patres, quatenus vnusquisque Canonicus per singulos annos seruitium saltem nouem mensium præstet ad præscriptum Sac. Concilij Trid. sess. 12. cap 24. de Reformat. Proinde ab egregia Amplitudinis vestræ prouidentia prouidere euigilandum erit, vt suæ Cathedrali Ecclesiæ Canonici dispositioni Sacri Concilij in prædicto cap. 24. sess. 12. de Reformat. se conforment.

Vnde idem Capitulum Brundusinum recursum habuit pro Indulto, quod per eamdem Sac. Congregationem Concilij, præuio rescripto Sanctissimi, ita fuit concessum anno 1665. die 14. Nouembris.

Congregatio Sacri Concilij censuit posse, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit, per literas Apostolicas in forma Breuis Oratoribus indulgeri, vt alternis tantum hebdomadis inseruiant, ita vt dimidia saltem pars eorum Oratorum qualibet hebdomada seruitium præstet, & diebus festiuis, & per Dominicæ Aduentus, & Quadragesimæ tempus omnes inseruire teneantur, quod quidem Indultum eousque dumtaxat Oratoribus suffragari debere censuit Sac. Congregatio, donec redditus Dignitatum, & respectiuè Canonicatuum Oratorum modis in Decreto Sacri Concilij cap. 15. sess. 24. de Reformat. præscriptis, vel aliter augeatur.

Hoc

Hoc eodem Indulto potitur Capitulum nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ per literas Apostolicas in forma Breuis, impetrato sub datum Romæ die 10. Decembris 1655.

Quinimmò Sac. Congr. Concilij in vna Baren̄ seruitij die 15. Septembris 1674. etiam pro Ecclesia Parochiali Terræ Cassani, illius Præsbyteros participantes pro seruitio ad quarteriam quolibet mense, noluit admittere, Nobis ita rescribendo.

BAREN SERVITII.

Ecclesia Parochialis, & receptitia Terræ Cassani habet quinquaginta duos, & vltra Præsbyteros participantes, quorum quilibet proportionabiliter supportat onus annuarum Missarum centum circiter, & quamplurium Anniuersariorum ratione celebrationis, & interessentiæ, similiter & in processionibus, & associationibus defunctorum; preterea participantes prædicti soliti fuerunt inseruire Ecclesiæ interessendo Choro de Tempore celebrationis Diuinorum officiorum in vna ex tribus hebdomadis cuiuslibet mensis, vt scilicet per Turnum quilibet tertia quaque hebdomada seruitium præstaret; sed quia pro prædictis oneribus, & seruitio Chori per quemlibet ex participantibus recipitur annuum emolumentum ducatorum 14. & aliquoties parum plus, vel minus, computatis omnibus introytibus Ecclesiasticis, & distributionibus quotidianis; Ideò dd. participantes ab octennis circiter seruitium repartierunt, vt quilibet inseruiat quarta quaque hebdomada, quod postea instante Primicerio dictæ Ecclesiæ pro exoneratione eius conscientiæ, Archiepiscopus reduxit ad pristinum, quoniam tamen tenuitas reddituum vera est, vt idem Archiepiscopus testatur, participantes humi-

liter

liter supplicant pro moderatione eorum seruitij ad quarteriam; Ideò quæritur An Oratorum precibus sit annuendum.

Die 15. Septembris 1674. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Conc. Tridentini interpretum respondit negatiuè; Frater Vincentius Maria Vrsinus Cardinalis Sancti Xisti Præfectus. I. Archiepiscopus Brancatius, Episcopus Viterbień Secretarius.

CAPVT SEPTIMVM.

PVnctatores pro absentibus à Choro secundum hactenus obseruata, ac pariter per nostrum Prædecessorem alias demandata, infrascripto vtantur modo, & horis in notando pagella absentes, prout in Missis, & Anniuersarijs, quæ in Choro canuntur, hoc idem seruetur respectu mox referendorum casuum, mandantes Punctatoribus, vt sub pęna decem punctorum neminem punctaturis subijciant, nisi prius se certiores faciant à D. Archidiacono, siuè altero, tunc Chori Præfecto ordine successiuo existente de licentijs fortassè alicui absenti impertitis, & sub eadem pęna eidem Præfecto Chori cartam punctorum exposcenti, illam teneantur exhibere, quod idem peragere teneatur Procurator Capituli punctis supponendo deficientes à Processionibus Defunctorum in associatione cadauerum, prout absentes de tempore celebrationis Anniuersariorum, seù vbi ad eumdem hoc in alijs casibus spectare contingerit.

Li puntatori douranno puntare nelli Matutini di prime, & seconde Classi; & in tutti gl'altri, ne' quali si canterà l'Inuitatorio, e l'Hinno, douranno puntare finito l'Hinno. Nelli doppij, e semidoppij finito il primo Notturno.

turno. Nelli semplici, e nelle ferie finito l'officio della Madonna, e nelli Vesperi, quando si cantano, finito il secondo Salmo. Quando non si canta, finiti li Salmi; quando è feria, finito il Vespero della Madonna. Nelle Compiete in tempo di Quaresima finito il secondo Salmo. E questo s'intende per quelli Canonici eddomadarij, che si trouaranno fuori da Chiesa, perche quelli, che staranno in detta Chiesa, e nell'Atrio douranno interuenire nelle Processioni, quando s'entra nel Coro sonato il campanello, sotto pena di diece punti contro quelli, che non v'interuenirranno. In tutte le Messe, & Anniuersarij, che si cantaranno in Coro finita l'Epistola; ordinandosi alli Puntatori sotto pena di diece punti, che non possino puntare nessuno, se prima non s'informino dal Capo del Coro, conforme il sopradetto ordine, e sotto l'istessa pena debbiano consignare la carta de' punti al Capo del Coro, quando li sarà cercata, ò non hauranno puntato nell'hore stabilite.

Ordiniamo ancora di nuouo l'osseruanza del sopradetto ordine, che sotto pena di diece punti nessuno possa dare, nè pigliare tabacco in Coro, ò in Sacristia.

Di più alla sopradetta pena incorrano quelle Dignità, e Canonici, che nelle Processioni delle terze Domeniche, e nell'altre che si fanno del Santissimo Sacramento non portaranno le torcie accese, conforme sono obligati.

Di più ordinamo sotto la sudetta pena, che ogn'vno debbia dire l'Antifone, quando li spettano, così ancora debbiano cantare quelli, à chi spettano l'Epistole, Anniuersarij, e Messe, principalmente quella dell'Aurora.

E nella sopradetta pena incorreranno le Dignità, Canonici, & Eddomadarij, che non verranno à pigliarci dal nostro Palazzo, conforme il solito, ogni volta che caleremo in Chiesa per le funtioni Ecclesiastiche, eccettuati quelli, che si trouaranno legitimamente impediti.

Ordi-

Ordiniamo di nuouo al Capo del Coro, che nel dar licenza d'vscire dal Coro, etiam per celebrar Messa, debbia osseruare puntualmente gl'Ordini, e Decreti della Sacra Congregatione in questo particolare.

CAPVT OCTAVVM.

PVnctatores singulis mensibus eorum manu puncta numerent, illaque in calce pagellæ describant, quam teneantur consignare sub pœnis arbitrio nostro infligendis, statim elapso mense Archiuarijs, ad finem eamdem in Archiuio conseruandi pro ipsius exhibitione tempore repartitionis distributionum quotidianarum, ac rationum videndarum; prædicti tamen Punctatores, qui cum primum ad hoc munus deputati fuerint, iurabunt in manibus nostris coram vniuerso Capitulo, se omnia sincerè, ac fideliter, nihil gratia, indulgentia, amore, odio, aut inuidia peracturos, alias contrauenientes, ac in officio delinquentes, pœnam periurij incurrent, ac restitutioni erunt obnoxij, præter alias pœnas à nobis imponendas.

CAPVT NONVM.

COErimoniale Episcoporum præcipuè illud recognitum, ac reimpressum de mandato s. mem. Innocentij X. Romæ anno 1651. hactenus in hac nostra Ecclesia Metropolitana obseruatum, inuiolabiliter, & iuxtà illius seriem, continentiam, tenorem, & ibidem ordinata, seruari perpetuò, & omninò præcipimus, mandantes nostris Magistris Cœremoniarum, eorumque Substitutis, vt in omnibus functionibus Ecclesiasticis, & in celebratione Missarum in dicta Ecclesia Metropolitana, tempore Diuinorum officiorum,

rum,

rum,& in Processionibus obseruari, & ad vnguem dictum Cœremoniale Episcoporum executioni demandari curent,& in casu inobseruantiæ adeant Præfectum Chori pro illius obseruantia, qui sub pœnis punctorum 20. & alijs arbitrio nostro reseruatis ab omnibus de Capitulo, & Clero obtemperari pręfatis Magistris Cęremoniarum circa omnia, quæ concernunt seruitium Dei, decorem functionum, & præcipuam dicti Cęremonialis obseruantiam non desinat, & crescente contumacia,nobis referatur, quod idem seruari mandamus pertotam Dięcel. in Ecclesijs Collegiatis,& Parochialibus ad instar Collegiatarum se gerentibus sublatis omnibus,& quibuscumque abusibus, qui in hac Ecclesia Metropolitana, & Ecclesijs Dięcesi fortè irrepserunt, præsertim circa vsurpatam Thurificationem à nonnullis de Diœc. in triplici ductu, (prout nobis fuit delatum) etiam, quod non sint celebrãtes, neglecta clara dispositione Cęremonialis Episcoporum lib. 1. cap. 23. in fine, prout in prætensa ab aliquibus deosculatione manus, & genuflexione à Canonicis tempore distributionis Candelarum, in festo Purificationis B. V. contra formam eiusdem Cęremonialis Episc. lib. 2. cap. 17. Hinc ad euitandos hos,& alios abusus, ac corruptelas præcipimus cuilibet Capitulo,vt infrà quatuor menses sub pœna duc. 20. pijs vsibus,& alijs arbitratu nostro, sibi comparet præfatum Cęremoniale recognitum, & reimpressum de mandato Innocentij X. secundum quod quælibet Ecclesia Dięcel. in Diuinis Officijs, Missis, Processionibus, & Functionibus Ecclesiasticis se gubernet, alijs Ecclesijs Ecclesiæ Romanæ se conformem reddendo,& ita seruari faciant Magistri Cœremoniarum cuiuslibet Ecclesiæ,necnon Præfecti Chori sub pęnis Iudicij nostri, quibuscumque solito, siue

consuetudinibus, statutis, indultis,& alijs, quibus per Bullam pęculiarem eiusdem Innocentij in principio ipsius Cęremonialis adiectam, fuit expresse derogatum, non obstantibus.

CAPVT DECIMVM.

QVI Choro ad Officia recitanda tenentur, pro certo habeant; ipsos à Nobis cogendos remedijs adhibitis à Tridentino Concilio; Sacrisque Canonibus, vt resideant,& Choro intersint,& præcipuè per suspensionem, ad præscriptum Cap. ex tuę de Cler. non residen. iuxtà nouissimas literas S.C. Conc. in vna Bareñ 24. Ianuarij 1674. sub hac serie demandatas.

Foras. *Per Illustr. & Reuerendiss. Domino vti fratri Archiepiscopo*. Intus autem. *Per Illustris, & Reuerendissime vti frater. Institit pro indulto commorandi extra residentiam causa studij Dominicus Mariotti Canonicus Collegiatæ istius Dięcef. verum quia Orator est in ætate annorum triginta; & Sacræ Congregationi Concilij innotuit Ecclesiæ seruitium ex præsenti illius absentia detrimentum pati, Eminentissimi Patres non solum instantiam reijciendam, verum Amplitudini tuæ (quod his literis facimus) scribendum censuerunt, vt pro sua Pastorali vigilantia illum cogat ad residentiam, Iuris remedijs, puta per suspensionem iuxta formam Cap. ex tua de Clericis non residentibus, per quam omissa forma Conc. Cap. 12. sess. 24. de Reformatione Canonicos ad residentiam reuocari posse alias Sac. Cong. approbauit, Ipsa itaque suo non desit muneri, maximè in perficiendo ne alij suis desint partibus, eamque Dominus diu seruet incolumen. Romæ 20. Ianuarij 1674. Amp. T. vti frater stud. Fr. V. M. Vrsinus Cardinalis Sancti Sixti Præfectus. S. Archiepiscopus Braneatius Episcopus Viterbieñ Secret.*

CA-

CAPVT VNDECIMVM.

DIuina Officia dum recitantur singuli assistant qui tenentur, cum nullus exemptione fruatur, nec minus distributiones lucratur, qui tempore decantationis horarum, Missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione, nisi eidem fuerit iussum à Superiore, qui est Præfectus Chori; Superior tamen ab huiusmodi iussione caueat.

CAPVT DVODECIMVM.

HEbdomadarius si abfuerit Canonicus, officium facere ad Iuniorem Canonicum spectabit, vel ad eum, cui id commiserit, qui tunc Choro præest, sin autem renitentes pęna punctorum viginti per eumdem Chori Præsidentem mulctentur.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

CVstodum pro tempore Cōfessionis S. Sabini nostræ Ecclesiæ Metropolitanę manè vnus ibidem assistat, alias distributionibus non potiatur, vespertinis tamen horis in Choro conueniant, immunitate etiam exemptionis à Choro gaudeat Sacrista maior eiusdē Ecclesiæ, dummodò assistat in Sacristia, ideòque per Templum non vagetur, alias distributionum illius diei iacturam faciet, in Vesperis tamen Choro assistat.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

ANniuersaria Ecclesiæ Cathedralis dedicatio celebretur duplici ritu, cum octaua in nostra Ec-

clesia

clesia Metropolitana, per Diœcesim verò sub ritu duplici sine octaua, ità Decretis Sac. Congreg. Rit. die 2. Maij 1619. & die 11. Augusti 1632. se habentibus.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

LIbri Chorales, nempè Graduale, Antiphonarium, Psalterium, Martyrologium, Directorium Chori omninò infra tres menses, vbi non extant, comparentur sub pœna ducatorum viginti à Capitulis persoluendorum pro illis Sacristiæ applicandis, vel alijs vsibus pijs.

TITVLVS DECIMVS QVARTVS.

DE PAROCHIS, ET ALIIS CVRAM Animarum habentibus.

CAPVT PRIMVM.

ARchipręsbyteri, siuè Parochi sciant suas quidem partes esse alijs de Clero, Religione, honestate legum obseruantia, atque incorruptæ vitæ moribus anteire, optimaque Christianæ pietatis, atque Ecclesiasticæ disciplinæ exempla præbere, hinc eorum munus dicitur arduum, cum exindè totus Catholicę disciplinæ neruus profectus, & conseruatio pendeant, ac proindè omnem nauent operam, vt oues, quas tradidit illis Deus, nullus rapiat de eorum manibus, nec perdant ex eis quamlibet, si oportuerit pro grege suo obire, vti boni Pastores, Christi exempla sequantur, qui animam suam dedit pro ouibus suis, si quæ vulnera aliquoties illæ susceperint, præstò occurrant ad medelam, Parochianos suos ad Ecclesiam crebrò venire,

nire, Sacroſanctæ Miſſæ sacrificio ſaltem diebus Dominicis,& alijs feſtis intereſſe commoneant, præcipuè docentes puellas, ac viduas hoc etiam præcepto teneri, atque ligari.

CAPVT SECVNDVM.

Parochorum cura,& vltimus finis verſatur in cooperando,vt oues eorum ad Cęlum tranſmittantur,ideoque in hoc pro illis noctùque, diùque eſt elaborandum,nuſquam proindè illas dimittant, quod vt exequantur, aſſiduè perlegant mandata Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. de Reformat. & ſeſſ. 23. cap. 1. circa reſidentiam,ſciantque illis non licere ab Eccleſijs vltra biduum abeſſe,neque pernoctare,niſi obtenta à Nobis facultate, & idoneo, & approbato Sacerdote ſui vices gerente relicto, nam Sac. Cong. ità reſcripſit Epiſcopo Cathacenſi.

Hauendo ſupplicato alla Sacra Congregatione Mutio Marincola Arciprete, e Giuſeppe Braſco Curato di Tauerna di poter pernottare fuori de i limiti delle loro cure, ſtante le loro graui età, e che dentro alle medeſime cure vi ſono altri Curati, che ſuppliſcono in ogni biſogno alle Parochie loro, oltre che ſtante la vicinanza frà la cura, e l'habitatione, in ogni caſo vi poſſano ſubito accorrere. Queſti,&c. vdita ſopra di ciò la relatione di V. S. e che dall'habitatione loro fuor delli confini delle ſue Chieſe non naſce danno ò malageuolezza,rimettono all'arbitrio di lei in darli la facoltà per due anni, il che li ſignifico col mezzo della preſente.

Et iterum Domino Vices gerenti die prima Nouembris 1649. v3.

Eſſendoſi ſignificato à queſta Congregatione da Monſignor Veſcouo di Caſtro che D. N. à chi ſuppone anneſſa la cura

la cura di tutte l'Anime di quella Città, e suo Territorio, se ne stia da mesi in quà assente, trattenendosi in Roma, & hauendosi giustificationi, che il detto N. non hà causa legitima di non risidere. Questi, &c. m'han commesso di far sapere à V. S. Illustrissima, che astringa con quei rimedij, che giudicherà opportuni, accioche il sudetto N. si trasferischi personalmente alla residenza, e gli prohibisca espressamente, che non si allontani per l'auuenire, se non per le cause, e tempo permessoli dal Sacro Concilio, incaricandoli che dopò il suo arriuo à Castro, mandi subito fede d'hauer vbbidito, e per fine, &c.

Itaque si contrauenientes comperti fuerint, eo ipso suspensi à diuinis, absolutione Nobis reseruata intelligantur.

CAPVT TERTIVM.

CVrent tùm in Confessionibus, tùm extra, vt mares post decennium cum fœminis etiam Sororibus in eodem lecto non accumbant, ac vt obstetrices, aut aliæ superstitionibus addictæ mulierculæ ad curandos morbos, præcipuè infantium, aut animalium non vocentur, strigas, aut veneficas cum primum nouerint, ad nos deferant, prout lapsos in profundum antiquę consuetudinis publicè peccandi, velut Concubinarios, fęneratores publicos, arguendo, obsecrãdo, increpando ex illa extrahere studeant; & si nihil profecerint, Nos, siuè nostrum Vicarium Generalem certiores reddant pro opportunis consulendo remedijs, hoc idem pro quibuscumque excessibus, & defectibus, si quos in eorum Parochijs repererint, quibus ipsi Parochi mederi nequeunt, peragere curent.

CA-

CAPVT QVARTVM.

LIbros conficiant,& retineant Baptizatorum,Confirmatorum, Matrimoniorum, Defunctorum, ac status Animarum, qui singulorum suis curis commissorum nomina, conditiones, ætates, ac sexus contineant,prout in proprijs Sedibus exprimetur,ac seruatis alias præscriptis, & ordinatis in Rituali Romano Pauli V. s. m. tempore editi, vel ijs ordinationibus, quæ latino sermone in Vrbe anno 1595. apud Camerales Typographos sunt impressæ, & in vulgare, seù commune idioma ad faciliorem vsum sunt translatæ.

CAPVT QVINTVM.

CAueat vnusquisque Archipræsbyter,siuè curam Animarum gerens cadauera cuiuscumque hominis,quacumque qualitate, & conditione fulgentis super terram deponere,sed omninò subtus terram sepelire, alias grauissimis pęnis ad nostrum beneplacitum mulctandus fuerit.

CAPVT SEXTVM.

ARchipræsbyteri, cæterique de Capitulo Sacerdotem nouiter ordinatum non aggregent ad Capitulum,nisi edocto per illum cantu Gregoriano, seù vt vulgò dicitur, canto fermo, sub pęna ducatorum decem per quemlibet diuisim incurrenda.

CAPVT SEPTIMVM.

SCiant Parochi extare Decretum Sac. Cong. sub die 12. Februarij 1639. quod teneantur quolibet

die festiuo in Ecclesia Parochiali celebrare cum applicatione Sacrificij pro Populo, etiam si Ecclesia habeat tantum redditus incertos.

CAPVT OCTAVVM.

ARchipræsbyteri, & alij Parochi ex Libris Baptizatorum fidem baptismi exposcentibus tradere nequeant absque nostra licentia, sub pęna iudicij Nostri, exceptis tamen illorum parentibus, fratribus, sororibus, aut consanguineis, vel promouendis ad primam Tonsuram, minores, & sacros Ordines, quibus huiusmodi fidem sine aliquo obijce fore impertiendam permittimus, hoc idem concedimus pro casibus Vniuersitatis vsibus deseruientibus.

CAPVT NONVM.

PRohibemus Archipræsbyteris, Parochis, & omnibus Diœcesis nostræ Capitulis, aliquid circa Ecclesiarum formam, vel ædificium, siuè ad interiorem, siuè ad exteriorem illarum partem attineat, innouare, vel innouari, siuè attentari permittere, sub pœnis arbitrio nostro imponendis.

CAPVT DECIMVM.

NVllum Sacerdotem, vel Clericum sæcularem, siuè Regularem intra Parochię suę limites exorcizare, siuè Dæmones ab obsessis corporibus eijcere permittant, licentia in scriptis à Nobis inobtenta, alias seuerè punientur.

CAPVT VNDECIMVM.

VT ad Animarum morbos dignoſcendos periti fiant Parochi, Archipræsbyteri, alijue Confeſſarij, Sacerdotes, & quicunque in sacris Ordinibus conſtituti, vtquè inſcitiæ peſtis eliminetur, qua, & Pęnitentes, & Confeſſarij ſimul in baratrum decidunt, præcipimus in virtute Sacroſanctæ Obedientiæ, vt ſub pęna ducatorum ſex pro qualibet vice omnibus locorum Archipręsbyteris, ſiuè quouis alio appellentur nomine animarum Curatores, vt ſaltem ſingulis hebdomadis conuocatis his omnibus in Eccleſia, vel alio idoneo loco, inſtituant collationem, in qua caſus aliqui conſcientiæ examinandi antecedenter proponantur, quibus ſinguli reſpondeant, & pro captu reliquorum diligenter exagitentur; & qui legitima causa, & ab Archipræsbytero, ſiuè ab alijs Choro Pręfectis probanda, non impediti adeſſe neglexerint, pro vnaquaque vice decem carolenos pijs vſibus aplicandos in poſſe noſtri Vicarij Foranei ſoluant.

PARS SECVNDA

TITVLVS PRIMVS.

DE ADMINISTRATIONE Sacramentorum.

CAPVT PRIMVM.

SAcramentum iuxtà diffinitionem Magiſtri Sententiarum ex doctrina S. Auguſtini eſt inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma, eſt res ſanctificans ſuſcipientem ; & Sacramenta gratiam conferentia ſunt ſeptem, vt infra in Titulis ſequentibus ; Ne igitur propter irreuerentiam Sacramentorum, ex quibus fidelium ſalus pendet, & peccatorum remiſſio gratia cęleſtis, & Spiritus Sancti communicatio nobis pollicetur, ira Dei ſæuiat in Miniſtros. Caueant Archipræsbyteri, Parochi, vel alij ad hoc munus deputati, ne in actu adminiſtrationis Sacramentorum diſſolutiones, riſus, deambulationes, aut clamores, vel prophana peragantur, ſed qui aſſiſtunt, valde deuoti, & humiles exiſtant, & ea miniſtrantes sanctè, & religioſè tractent.

CAPVT SECVNDVM.

STatuimus, & præcipimus Parochis, ac omnibus, quorum munus eſt Sacramenta miniſtrandi, vt in Exorcismis Cathechismis, Baptismalibus, atque in cæterorum Sacramentorum adminiſtratione, ac quibuſcunque circa Sacramenta muneribus obeundis,

San-

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritus, cęremoniæ, & consuetudines in Rituali nouissimè edito obseruentur, penes ipsos dictum Rituale Romanum retineant, Sacramentorum formas, aliosque ritus, prout ibi iacent, inuiolabiliter obseruent, in nullo penitus ab eo discrepantes sub pęnis arbitrio nostro infligendis; Nemo verò præter Parochos sub pęna suspensionis ipso facto incurrenda Sacramenta pęnitentiæ, Eucharistiæ ad infirmos, & extremæ Vnctionis absque nostra approbatione, & Baptismi, & Matrimonij sine licentia proprij Parochi, aut Archipræsbyteri, & in nostra Ecclesia Metropolitana sine consensu illius Capituli iuxtà morem, administrare præsumat, ac attentet, excipimus tamen casus magnæ necessitatis.

CAPVT TERTIVM.

CAueant omnes, ne in eorum administratione quod quam exigant, aut etiam verbis, vel signis directè, vel indirectè petant, iuxta Decretũ Sac. Cõg. sub die 5. Februarij 1593. sed omnia purè, sincerè, & absque auaritiæ suspicione fiant; qui secus fecerint, pęnis Sacrorum Canonum, & alijs arbitrio nostro plectentur, sine tamen præiudicio iurium parochialium, quæ ex Sacris literis conceduntur, & quæ ex veteri, & approbata consuetudine Sacramentorum Ministris deberi dignoscitur, dummodo vltra solitum eleemosynam, nihil aliud à Parochianis petant, siuè ciues, siuè exteri sint sub pęna librarum triginta ceræ albæ laboratæ: idem in Peregrinorum cadaueribus tumulãdis seruent, iuxtà Decretum Sac. Cong. Conc. sub die 22. Maij 1627.

CA-

CAPVT QVARTVM.

ARceantur à Sacramentorum ſuſceptione fideles, niſi rudimenta fidei, ſaltem orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Fidei Symbolum, Decalogi, & Eccleſiæ præcepta fuerint illi edocti, ignauiſſimi verò ad minus eorum ſubſtantiam retineant; peccatis in Confeſſione expiatis, armis depoſitis, mundo habitu, aſpectuque ad deuotionem compoſito, ad illa ſumenda accedant, alias non admittantur.

CAPVT QVINTVM.

ANimarum Curatores, quacunque die, ſeù noctis hora vocati pro Sacramentis miniſtrandis prę-ſtò accurrant, ac Agonizantibus teneantur maxima charitate, atque indeſinenter aſſiſtere, iuxtà præceptum Ritualis Romani, fundentes preces, & alia remedia ſuggerentes, quod ſi ipſorum incuria ſine Sacramentis aliquem fidelem decedere contingat, præter peccati lęthalis reatum, Parochi Parochia intelligantur priuati, & præterea in carcerem per triennium includentur.

CAPVT SEXTVM.

SVB pœna excommunicationis latæ ſententiæ iniungimus, & præcipimus, ne aliquis Sacerdos cuique petenti, etiam deuotionis cauſa ad morbos expellendos sacramentalia præbeat, abutentes verò ijsdem ad medicinas, ſuperſtitiones, & maleficia conficienda, ipſo excommunicationis vinculo ligamus, & pęnis contra ſuperſtitioſos, & Magos indictis illos affecturi erimus.

CAPVT SEPTIMVM.

SAcristæ, alijque omnes, ad quos hoc munus pertinet, Sacra Olea Parochis, & Curatis, vel alijs probis Sacerdotibus, cum eorumdem approbatione gratis erogent, siuè distribuant, & nihil omninò huius rei causa recipiant, siuè petant, quantumuis minimum, sub pęna ducatorum viginti, quacunque consuetudine contraria non obstante.

CAPVT OCTAVVM.

CVrati non legitimè impediti, per se suo satisfaciant muneri, & Sacramentorum, & sacramentalium loca, & vasa, clauibus, quæ facili negotio vitiari nequeant, diligenter custodiant, ijsdem penes se semper seruatis, scientes, quod si incautè reliquerint, tribus mensibus ex Innocentij III. Constitutione ab officio suspendentur, & si per incuriam aliquod nefandum, indè contingerit, grauiori subiacebunt vltioni.

CAPVT NONVM.

AD Sacramentorum administrationem, imò ad Præsbyteratum, nullatenus erunt admittendi, qui formas, materias, cæterasque partes Sacramentorum in promptum memoria non retineant; sicut etiam practicabiles, & magis communes casus, ideoque Ritualis sedulò studeant Rubricis, cum ex ipsis ediscere poterint desuper necessaria, & opportuna.

CA-

CAPVT POSTREMVM.

CVram Animarum gerentes in administrandis Sacramentis superpelliceo, ac stola proprij eius diei coloris vtantur, ac curent, & qui ea suscipiunt, à mortali noxa sint immunes.

TITVLVS SECVNDVS.

DE BAPTISMO.

CAPVT PRIMVM.

CVM Baptismi Sacramentum ianua aliorum Sacramentorum à Sacris Canonibus sit nuncupatum, eo quod certum omninò existit; hinc nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non valet introire in Regnum Dei, studeant igitur Animarum curam gerentes, vt peculiari diligentia hoc Sacramentum administrent, materiam, formam, intentionem, & omnia alia requisita, iuxtà Rituale Romanum obseruando, nec vllo modo liceat aliquid omittere, absque graui, & vrgēti necessitate, in qua essentialia nusquam prætermittantur, cum supplemento reliquorum, cessante temporis angustia; In expositis seruetur, quod licet in scriptis collo, attestetur de Baptismi collatione, nihilominus, si re diligenter perquisita, aliqua emerserit dubietas, Baptismus eisdem sub conditione conferatur.

CAPVT SECVNDVM.

ÆDibus in priuatis, vel in alijs Ecclesijs, Cappellis, & Oratorijs, nullus Sacerdos, siuè Curatus,

ratus, tàm in hac Ciuitate, quàm Diœcesi Baptismi Sacramentum infantibus quibuscunque ministrare audeat, nisi in Ecclesijs Matricibus, & Parochialibus, in quibus ad hoc fontes sunt specialiter deputati, ad præscriptum Sacrorum Canonum, ac Ritualis Romani, præterquam in aliquo necessitatis casu, alias Sacerdos, siuè Parochus tandiù suspensus maneat, quandiù Episcopo videbitur, & eius arbitrio satisfecerit.

CAPVT TERTIVM.

BAptismus ne vltra octauum diem ad euitanda pericula animarum differatur, præcipimus parentibus, vel ijs, ad quos pertinet, sub pęna anathematis ipso facto incurrenda, & si ex necessitate infans domi sit Baptizatus, ipsimet Parentes, siuè alij quorum cura est, eumdem ad suscipiendum Cathechesim, siuè exorcismum in Ecclesia deferendum curent, & in hoc magnoperè inuigilent Parochi.

CAPVT QVARTVM.

CVra sit Parochis, ne paruulis ridiculum nomen, vel à gentilitate sumptum, vel quod alicuius nefarij hominis memoriam referat, imponatur; sed illorum, qui Sancti sint noui Testamenti, cum Christo regnantes, vt quorum nomen deferunt in terris, imitentur exempla, ac patrocinium in Cęlis implorent.

CAPVT QVINTVM.

ARchipresbyteri, & Parochi librum habeant, eumque diligenter custodiant, in quo nomina, & cognomina Baptizati, Parentum, & Patrinorum,

eius annum, mensem, & diem, tàm Natalis, quàm Baptismi infantis describant; si verò ex legitimo matrimonio is non fuerit procreatus, haud parentum renuentium nomina, sed Baptizati, eorumque qui à Sacro fonte susceperunt, notentur in scriptis.

CAPVT SEXTVM.

CAueant etiam ne plures admittantur Compatres ad suscipiendum de Sacro fonte, quàm à Sacrosancto Tridentino Concilio statutum est, hinc duorum numerum non excedant, ità in Tergestin. Sacra Congregatio Concilij ad cap. 2. sess. 24. de Matrim. censuit, quod scilicet duo viri possunt suscipere puerum in Baptismo, vnus pro se, alter vti Procurator Mulieris, & quod iste Procurator non sibi, sed mandanti cognationem acquirit; prohibemus quoque curam animarum gerentibus, ne sub pęna ducatorum centum pijs vsibus applicanda admittant Regulares, vel publicè criminosos, vel excommunicatos, vel Paschate non confessos, vel minores quatuordecim annis, vel ignorantes rudimenta fidei, neque vllo pacto Sanctimoniales, siuè per se, siuè per Procuratorem; Parochi verò in Baptismi collatione non vetus, sed recens, eo anno conseruatum oleum adhibeant, scientes ex Sacræ Congregationis Rituum in Cepten. 7. Septembris 1601. præscripto, postquam nouum est consecratum oleum, veteri non vtendum.

CAPVT SEPTIMVM.

ADulti cuiuscunque conditionis sint, si adhuc Baptizati non fuerint à Curatis, vel alijs à nobis deputatis, Cathechizentur, & sine nostra licentia in-

scrip-

ſcriptis ſpecialiter obtenta ſubindè, non baptizentur.

CAPVT OCTAVVM.

PArochi obſtetrices Baptiſmi formam claram, & vulgari idiomate pronunciandam edoceant, ſi quæ verò compertæ fuerint, illam neſcire, eis huiuſmodi munus interdicimus, ne deinceps miniſterio huic ſe applicent, niſi per deputatos à nobis examinatæ, & approbatæ prius fuerint, curentque Parochi ſępè ſæpiùs eas ſuper dicta forma interrogare, ac inuigilare ſuper Baptismo ab his Obſtetricibus, vel alijs perſonis laicis collato, an ritè, & cum neceſſaria forma ſit illud adminiſtratum, quæ tamen ſi rectè fuerint peracta pro alijs cæremonijs ſuſcipiendis, quam citiùs ad Eccleſiam perduci non deſinant, & tunc nomina Parentum, & Patrinorum in libro conſcribant.

CAPVT NONVM.

CVM multoties reperiantur quamplures, qui cum reuerà non exiſtant, ſe nuncupent Compatres, & Commatres, & ſub hac falſa denominatione ſe carnaliter commiſcent; ideoque ad occurrendum huic malo præcipimus ſub pęna excommunicationis, ne amplius hoc ſe nomine appellent, qui per Sacramenta Baptismi, vel Confirmationis non ſint tales.

TITVLVS TERTIVS.

DE CONFIRMATIONE.

CAPVT PRIMVM.

CONfirmatio Baptizatorum verum, ac proprium Sacramentum eſt, & non otioſa cæremonia; roborat enim animam mirabiliter, gratiam cęleſtem alit, atque confirmatum inſtruit, & confirmat ad reſiſtendum Diabolo, ac tentationibus; ideoque nullus initiari negligat, ac proindè Archipresbyteri, alijque animarum Rectores ſedulò incumbant ad excitandos Confirmandos, quò diſpoſiti ad hoc Sacramentum accedant, illiſque aperiant, & doceant omnia, quæ in illius ſuſceptione ſunt neceſſaria, ac omnem operam nauent, ne ipſorum incuria aliquis hoc Sacro Oleo invngatur, & huius Sacramenti gratia priuetur.

CAPVT SECVNDVM.

INfantes non minoris ætatis quinque annorum, ad Confirmandum afferantur, ſi verò fuerint adulti, non niſi Confeſſionem eorum peccatorum emittant Sacerdoti approbato, ac Euchariſtiæ Sacramento muniantur, vel ſaltem contritionis actum eliciant, illos admitti mandamus.

CAPVT TERTIVM.

SI dubitari contingerit, an aliquis ſit Confirmatus, poterit Sacramentum Confirmationis ſub conditione ei conferri, ſi non dum confirmatus fuerit, prout in Baptiſmo ſeruari aſſolet.

CA-

CAPVT QVARTVM.

CONfirmati,& Patrini vltrà vnum, & vnam, vel vnum, aut vnam esse non debent ad præscriptum Pontificalis Romani, & Patrini non sint excommunicati, criminosi, qui in proximo Paschate non Communicauerint, aut fidei rudimenta ignorent, aut non confirmati,nec Regulares, aut Sanctimoniales, nec minores natu, sicut in præcedenti titulo fuit prædictum,prout non admittantur Clerici sine nostra licentia,nec demum plures duobus eodem die cuicumque tenere sit permissum, prout non decet masculos fæminas, aut fæminas masculos ad Confirmandum suscipere, sed vnusquisque sui sexus sequatur conditionem, nisi præ loci angustia aliter nobis videatur.

CAPVT QVINTVM.

CVrent Parochi vt Confirmantis, Confirmatorum, & Patrinorum nomina, & cognomina in libris perpetuò asseruandis distinctè, & gratis annotentur,& conscribantur, Patrinosque moneant de cognatione Spirituali, quam contrahunt.

CAPVT SEXTVM.

PRiusquam hoc Sacramentum administretur, per mensem Curati describant, quos habiles ad suscipiendum Confirmationis Sacramentum repererint,ipsiusque virtutem perspicuè edoceant,ac distinctè declarent.

CAPVT SEPTIMVM.

CVm adhuc vigeat abusus contrahendæ compaternitatis per linteolum, seù Fasciæ solutionem, seu per aliam superstitionem, vanumque ritum, ac propterea cuilibet iniungimus, ne sub pęna excommunicationis modos præfatos attentare præsumat, & in hoc inuigilent Parochi, & Populum doceant, quod Compaternitas in hoc Sacramento, prout in Baptismo, inter easdem personas contrahitur.

CAPVT OCTAVVM.

PAtrini siuè Susceptores in Sacramento Confirmationis, nec illis, quos susceperint, neque eorum parentibus quidquam omninò largiantur, ne alicui hoc pacto istud Sacramentum iterandi, quod nefas est, occasionem tribuant.

TITVLVS QVARTVS.

DE POENITENTIA.

CAPVT PRIMVM.

PRO lapsis post Baptismum à Christo Domino Pœnitentiæ salutare Sacramentum fuit institutum quod à Sanctis Patribus, & Sacro Tridentino Concilio secunda Tabula post naufragium est appellatum, per hoc enim in Ecclesia Sancta sua à peccatis ligandi, atque soluendi Sacerdotibus Dominus potestatem reliquit, idcircò Archipresbyteri, & alij Parochi ad pœnitentiæ Sacramentum fideles frequenter horten-

hortentur, vt Paradisi fores, quas post Baptismum ob innocentiam amissam eisdem noxæ claudunt, sola pęnitentia referat, quæ Cęlis vim infert.

CAPVT SECVNDVM.

CVmque exploratum sit in Sacris Canonibus, & Sacro Concilio Tridentino nullam esse absolutionem, quam Sacerdos impartitur, in quem ordinariam, vel delegatam non habet facultatem, ideòque nullus Sacerdos siuè Sæcularis, siuè Regularis cuiusuis ordinis, vel Societatis, gradus, dignitatis, & conditionis (exceptis animarum curam gerentibus) absque nostra, vel nostri Vicarij Generalis speciali approbatione, & in scriptis obtenta licentia fidelium Confessiones audire præsumat, sub pęna carceris formalis per biennium, quoad Sęculares, & quoad Regulares excommunicationis latæ sententiæ, & alijs arbitratu nostro infligendis, iuxtà resolutiones Sacræ Congregationis, & signanter in vna Neapolitana ad instantiam Eminentissimi D. Cardinalis Philomarini, quæ est vt sequitur.

Ordinarius Neapolitanus supplicat Sacram Congregationem Concilij declarari, qua pęna, & à quo sit puniendus Sacerdos Regularis, qui absque præuia Ordinarij approbatione Confessiones personarum sæcularium audit; eo quod in Sac. Congr. nulla legitur pęna adiecta, nec à quo sit inferenda, Sacra Congregatio Concilij die 14. Aprilis 1646. censuit Ordinarium posse punire pęnis, & censuris.

Declarantes vlterius huiusmodi Confessiones sine nostra approbatione, excepto mortis articulo, factas de iure nullas, & inualidas esse.

Approbati verò Sacerdotes superpelliceo semper,

per,ac ſtola,& Regulares ſtola ſupra habitum propriȩ Religionis vtantur,pȩnitentiæ Sacramentum adminiſtrando ſub pȩna ſuſpenſionis eo ipſo, ab audiendis fidelium Confeſſionibus,niſi neceſſitas aliud ſuadeat, ità enim declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum in Albiganeñ 8. Nouembris 1588. per hæc verba.

Confeſſarij Sæculares teneantur ſtolam,& cottam portare,dum Confeſſiones audiunt.

CAPVT TERTIVM.

NVllus ex Confeſſarijs,tàm Sæcularibus, quàm Regularibus cuiuscunque Religionis, vel Societatis,etiamſi Mendicantium ſit, quocunque Priuilegiorum prætextù,etiam Maris magni, ſuarum Religionum fortè ſuffultus à caſibus Nobis reſeruatis ſine noſtra,& ſpeciali conceſſione abſoluere audeat;quod nec etiam attentet petita, & non obtenta facultate, prout expreſsè cauetur ex literis Sac.Congr. Epiſcoporum, tunc directis Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Cardinali Philomarino Archiepiſcopo Neapolitano, tenoris ſequentis.

Eminentiſſimo, e Reuerendiſſimo Signore mio Oſſeruand.

QVeſta Sacra Congregatione hà più volte dichiarato con ordini eſpreſſi di Clemente Ottauo di Gennaro,e Nouembre 1602.di Paolo Quinto 1617. di Gennaro, e d'Vrbano Ottauo, santa memoria, di Nouembre 1628. che le facoltà tutte d'aſſoluere da' caſi riſeruati, e riſeruandi dagl'Ordinarij, ò uero compreſi, ò da comprenderſi nella Bolla in Cȩna Domini implicitè, vel explicitè, & altri riſeruati ſolamente alla Santa Sede nel medeſimo Decreto di Nouembre 1602. conceſſi à' Secolari, ò Regolari,Congregationi, ò Confraternità di qua-

di qualunque prerogatiua, ò specialità, etiam necessariò exprimenda, sono state annullate, & estinte così dal Sacro Concilio di Trento, come dalle sudette Constitutioni, e che in vigore delle confirmationi, estentioni, e communicationi ottenute dopò, ò da ottenersi per l'auuenire sotto qualsiuoglia amplissime clausule, non s'intenda mai renouata la sudetta facultà, riseruando solo gl'Indulti concessi specialmente fuori d'Italia, ò dentro Roma, quanto alli casi riseruati alla Santa Sede non compresi nella sudetta Bolla. Onde venendo rappresentato alla Santità di N.S. da Vostra Eminenza con sua lettera di 4. Agosto precedente, che in cotesta Città, e sua Diocesi alcuni Confessori Secolari, e Regolari, senza giustificare, con quali facoltà assoluano de fatto dalle censure, e casi sudetti, & in oltre disseminando opinioni erronee asseriscono, che per poter assoluere validamente dagli casi riseruati all'Ordinario, basti hauer domandato al medesimo la facoltà, ancorche ricusi di concederla. Questi Eminentissimi miei Signori di commissione espressa di sua Beatitudine m'hanno imposto di scriuerle, che con l'autorità, che à tal'effetto se le communica in virtù delle presenti, e sotto le pene, che giudicherà espedienti, faccia intendere à tutti i Confessori di costì, siano quanto si uoglia, priuilegiati, & esenti, che onninamente si conformino con li sudetti Decreti, e non ardiscano di contrauenire sotto qualsiuoglia pretesto, ò caso, etiam di precisa necessità, fuorche in articulo mortis con reincidenza, si conualuerint. Dichiari similmente annullati tutti gl'Oracoli, & Indulti Apostolici ottenuti in voce da detto tempo in quà, & à gli altri che pretendono hauerne Breue, ò Bolla in forma specifica dopò l'vltima Constitutione di Vrbano, prefigga vn termine perentorio di trè mesi ad esibirle à questa Sacra Congregatione, altrimēte vuole, e dichiara N. S. che s'intēdano decadute, e priuati di esse, eo ipso,

senza altra intimatione; e finalmente, che dopò hauer fatto notificar costì, doue, e come stimerà esser di bisogno, che quelli che dimandano all'Ordinario la facoltà d'assoluere, e non l'ottengono non possono valersene; Ella dichiari incorrere nella suspensione dall'vdir le Confessioni Sacramentali, quelli che publicamente difenderanno la dottrina sudetta, ò pure presumeranno temerariamente d'assoluere, ancorche loro sia stata denegata, ò non concessa la facoltà dagl'Ordinarij, così Vostra Eminenza resti seruita di fare, che puntualmente si esseguisca con dar quà distinto auiso dell'operato, & io le bacio humilmente le mani. Di Roma 7. Decembre 1646. Di Vostra Eminenza humilissimo, & obligatissimo Seruitore, M. Cardinal Ginetti. G. Arciuescouo di Patrasso Secretario.

Quinimmò propositio, quod Mendicantes possint absoluere à casibus Episcopo reseruatis, non obtenta ad id Episcopi facultate, fuit per Sanctis. tunc Alexandrum VII. in Congregatione Sancti Officij habita die 24. Septembris *1665*. vti scandalosa damnata, & prohibita, vt cauetur ex duodecima propositione, prout per eumdem Papam, & in eadem Congregatione Vniuersalis Inquisitionis habita sub die 18. Martij *1666*. fuit pariter vti scandalosa damnata, prohibita inter alias opiniones trigesima sexta, in qua defendebatur, quod Regulares possunt in foro conscientiæ vti priuilegijs suis, quæ sunt expresse reuocata per Concilium Tridentinum, alias si à casibus, & censuris Nobis reseruatis absoluere aliqui ausi fuerint, ipso iure in excommunicationem S. Pontifici reseruatam dilabentur, ex dispositione Concilij Viennen., & insuper Sacra Congregatio 17. Nouembris 1628. declarauit absolutiones traditas nullas, & irritas fuisse, & fore.

Ab huiusmodi absolutione caueat quoque etiam Canonicus nostræ Ecclesiæ Pœnitentiariæ praeben-

dam

dam obtinens, qui ex peculiari declaratione Sac. Cōgreg. Concilij, non aliter, quam de nostro consensu aliqua, vel omnia, Nobis reseruata absoluere valet, & quatenus à Nobis ad tempus, siuè ad beneplacitum à casibus reseruatis absoluendi facultatem à Nobis nactus fuerit, subdelegare quemcunque Sacerdotem, siuè ad omnes, siuè ad aliquem ad vnum certum casum particularem reseruatum non præsumat, quod ipsum intelligimus de alijs Confessarijs, qui à Nobis hanc impetrarunt potestatem, quibus talem subdelegandi interdicimus potestatem, alias secus agentes, habeantur, ac si respectiuè ad casus, & censuras reseruatas absoluendas à Nobis approbati non fuerint, nec licentiam obtinuerint.

CAPVT QVARTVM.

Confessarijs omnibus per Nos approbatis, & approbandis, etiam nostræ Ecclesiæ Metropolitanæ Pęnitentiario, nō liceat, absque expressa commissione à Nobis, vel nostro Vicario Generali data absoluere quempiam à censuris, & tunc audita integra confessione, etiam Sacramentaliter à peccatis, multò minus possint dimidiata confessione absoluere à reseruatis, quorum absolutio fuerit ipsis impertita, remittentes pœnitentem pro absolutione à non reseruatis ad alium Confessarium, alioquin sine authoritate agent, & absolutiones à solis censuris, vel à solis reseruatis, per ipsos collatæ sint illicitè, & inualidè concessæ.

CAPVT QVINTVM.

Ne suæ iurisdictionis limites excedant, curent Confessarij in Confessionalibus casus Nobis

reſeruatos fixos habere,& Bullam Cęnę Domini iuxtà Decretum Vrbani VIII. Kal. Aprilis 1627. Pontificios etiam caſus ſcire non deſinant, prout Conſtitutionem Gregorij XV. contra ſollicitantes apud ſe retineant cum nonnullis literis Sac. Congreg. S. Officij, quos,& quas in fine huius voluminis apponi curabimus,& demum aduertant ſollicitationis Pęnitentium in Confeſſione eſſe caſum S. Officij.

CAPVT SEXTVM.

CONfeſſarij etiam Regulares, ſiuè quouiſmodo exempti fidelium confeſſiones non audiant,nec ab eo illas loco excipiant, vnde tàm ipſi, quàm pęnitentes,omnibus non pateant,ſub pęna ſuſpenſionis ab ijsdem Confeſſionibus, ac proindè præcipimus illicò poſt pręſentis Decreti publicationem remoueri Confeſſionalia à Sacellis, alijsuè minus patentibus, ac ſecretis locis, quæ alicubi extant, mandantes inſuper ſub eadem pęna ſuſpenſionis,Confeſſiones tantum à cratibus Confeſſionalis in Eccleſijs excipi,ità pluries reſcribente Sac. Congreg. & præſertim in infraſcriptis caſibus.

Paduan. 2. Iunij 1620.

Ordinò che gli Confeſſionali tanto nelle Chieſe Regolari,&c. ſiano tenuti in loco patente chiaro,& al coſpetto di tutto il Popolo,e che trà il Penitente, & il Confeſſore vi ſia vna tauola in vna ſola feneſtrella ſerrata con piaſtra di ferro bugiata.

Confeſſarij prouectæ quoad fieri poteſt ætatis, mulierum Confeſſiones excipiant, nullo tamen modo ante ſe genuflexas audiant,quibus non faciem,ſed aurem vertant,nec antè Solis ortum, vel poſt eius occaſum illas admittant, vt in eadem declaratione fuit prouiſum.

Pa-

Paduan. 2. Iunij 1620.

E che il Confessore delle Donne non confessi le medesime nè auanti, nè dopò il tramontare del Sole.

Et recenter sic rescribente Sacra Congregatione Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Caracciolo nunc Archiepiscopo Neapolitano, huiusmodi sub tenore.

Eminentiss. & Reuerendiss. Signore mio Osseruandiss.

Essendosi inteso, che molti Confessionali delle Chiese di cotesta Città, e Diocesi sono posti in luoghi così oscuri, e remoti, che ben spesso possono dare occasione di graui scandali, & inconuenienti, mi hanno perciò questi Eminentissimi miei Signori ordinato di scriuere à Vostra Eminenza, che si compiaccia di publicare vn'Editto da osseruarsi sotto graui pene, che li Confessionali nelle Chiese tanto Secolari, quanto Regolari, si tenghino in luogo patente, e chiaro, & in cospetto d'ognuno, affinche il Penitente, & il Confessore possino essere veduti da tutti, e trà l'vno, e l'altro di loro vi sia vna tauola con vna sola fenestrella ferrata con vna piastra di ferro forata, e che in altra maniera non sia lecito di sentire le confessioni, e che quelle delle Donne non possino essere sentite auanti il nascere, e dopò il tramontare del Sole. La Sacra Congregatione si persuade certamente, ch'ella non tralasciarà intorno à ciò di fare le parti del suo singolare Zelo; onde io resto con baciare à Vostra Eminenza humilmente le mani. Roma, &c. humiliss. & affettionatiss. Seruitore Franc. Mar. Cardinal Brancaccio. C. de V. Arciuescouo di Atene.

CAPVT SEPTIMVM.

Extra Confessionalia, vel in priuatis domibus, excepto necessitatis casu, Confessarij Sacramentales

les Confessiones excipere non audeant, sub pęna arbitrij nostri; ægrotantibus verò mulieribus de tempore administrationis Sacramenti cubiculi ostium ità pateat, vt videri possint; excipimus tamen Confessiones Sacerdotum.

CAPVT OCTAVVM.

Confessarij si Confessionis Sacramentalis sigillum frangere non fuerint veriti, si Sacerdotes extant Sæculares excommunicationem latæ sententiæ absolutione Nobis reseruata incidant; si Regulares erunt, ab audiendis confessionibus eo ipso suspensi sint, & eorum singuli alijs pęnis à Iure inflictis seuerè mulctabuntur.

CAPVT NONVM.

Si casus dederit, quod Deus auertat, vt Confessarij tàm Sæculares, quàm Regulares de rebus inhonestis, & obscænis ad malum finem alloquantur suas, vel suos pęnitentes, etiam extrà casum Constitutionis Greg. XV. vel inhonestis quoque, aut turpibus actibus tangant, aut carnaliter cognoscant, eo ipso à facultate Sacramentales Confessiones audiendi respectu ipsarum, vel ipsorum pęnitentium sint suspensi.

CAPVT DECIMVM.

Authoritas, seù facultas à Nobis cuilibet Confessario, siuè Sæculari, siuè Regulari hucusque concessa absoluendi à casibus, & censuris reseruatis, infra dies quindecim post publicationem præsentis Synodi reuocata censeatur, prout, & licentia audiendi confessiones Sacramentales à Nobis forsan oretenus

imper-

impertita, intra quem terminum, qui eam prorogari optarit, coram Nobis sistat, vt si expedire videbitur, in scriptis facultatem ipsi erimus concessuri.

CAPUT VNDECIMUM.

ANimarum Rectores, siuè Parochi in vigilijs, festisque primæ classis, præcipuè tùm manè, tùm vesperi in Confessionalibus se paratos præbeant, etiam, si nemo adsit ad confessiones audiendas, ibique per duas horas commorentur, iuxta rescriptum Sac. Congreg. Conc. in Budeñ 17. Iulij 1638.

CAPUT DVODECIMUM.

COnfessarij etiam Regulares, qui infirmis Pœnitentiæ Sacramentum ministrarunt, datæ absolutionis testimonium exhibeant Parochis, vt cætera ipsis Sacramenta administrare valeant, sub pœna suspẽsionis ipso facto ab excipiendis in posterum Confessionibus, iuxtà Decretum Sac. Congregationis Episc. in Lucan. quæ 4. Februarij 1586. mandauit omnibus Confessarijs tàm Regularibus, quàm Sæcularibus, quod infra vnum, aut plures dies, postquam confessiones ægrotorum audierint, in scriptis faciunt fidem de tali confessione.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

PRæterea si cui Confessario, siuè Sæculari, siuè Regulari à Nobis in posterum concedetur facultas absoluendi ab omnibus censuris, & casibus Nobis reseruatis; de censura, quoad collocutionem de rebus obscænis cum Monialibus, & de illa circa accedentes

ad do-

ad domum Sponsæ pro habenda copula cum eadem, ante contractum matrimonium, & consulentes,&c. prout de alia incursa ob manus violentas iniectas in Clericos, nusquam intelligatur concessa facultas absoluendi,nisi fuerit de ipsis facta expressa, & specialis mentio.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

QVicunque Confessarius vocatus ire distulerit ad audiendam ægri Confessionem,ac proindè ille sine Confessione ab hac vita decesserit, si Parochus extat,per biennium carceris formalis pęna, alijsuè arbitratu nostro,si verò alius Confessarius pariter pęnis arbitrarijs punientur.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

CVM patientia peccata confitentium auscultent Confessarij,& ab iniurijs, conuitijs, & maledictis in eos omninò caueant,quin imò,nec suspirent,nec signa admirationis,siuè alios actus insuetos prębeant: ab inutilibus,& nimium curiosis interrogatorijs abstineant,& si pęnitentibus sint danda interrogatoria,illa adhibeant,personarum qualitate perspecta, & in hoc cauti extent,pręcipuè cum mulieribus,vel denegatam quoque modo absolutionem non pandant, demum in præstanda absolutione infirmis non valentibus, omnia peccata,sed vnum,vel plura confiteri, imminente periculo mortis, Confessarius absoluat pęnitentem sub conditione in quantum possum, & indiges, & si nullum expresserit peccatum, dato tamen signo contritionis, eodem modo est absoluendus; debet tamen Pęnitens,si conualuerit,omnium peccatorum Confessionem emittere.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

VT omnis auaritiæ,& turpis lucri eradicetur vmbra,& liberiùs proprio munere fungantur Confessarij, Parochis eorumque Substitutis, Curatis, ac Confessarijs quibuscunque ad fidelium confessiones excipiendum per Nos approbatis, vel in posterum approbandis,expresse interdicimus, & vetamus, ne aliquid in actu,& loco confessionis,seù extra exigere, aut quoquo modo,seù prætextu, petere præsumant, nec Missarum eleemosynas ab ipsis in Sacramento pęnitentiæ impositas per se recipiant, sed easdem ab alijs celebrandas demandent Pęnitentium arbitratu, quibus si præscribenda est pęnitentia aliqua in pecunia,non sibi,sed locis pijs attribui curent,nec pecuniæ curam distribuendæ suscipiant, restitutiones incertas, vel malè oblata carolenos viginti non excedentia, nec minus ipsis applicent, etiam sub titulo paupertatis,nec distribuant nobis inconsultis, alias contrauenientes in quolibet casu primodictorum, etiam cum spontanea oblatione pęnitentium, pęnam suspensionis ipso facto incidere volumus,& statuimus, absolutione Nobis reseruata,quæ omnia etiam à Regularibus,sub pęna suspensionis ab audiendis confessionibus ipso iure irrogata, seruanda iniungimus præter alias Nobis reseruatas.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

NON ignorent Medici se elapso triduo non teneri ad inuisendos infirmos, nisi illi fuerint propria peccata confessi,iuxta iuramentum in Doctoratu pręstitū,& sub pęnis per Cōstitutionē Pij V. incip. supra gregem inflictis.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

MOnitos haberi volumus Parochos alienis Diœcesibus finitimos, ne in Confessionibus audiẽdis alienos subditos sine licentia suorum Ordinariorum absoluant à casibus in alienis Diœcesibus reseruatis, maximè excommunicationibus annexis, licet in nostra non sint, exceptis tamen Peregrinis, qui in fraudem proprij Ordinarij ad extraneos confugere non videntur, ac pari ratione Parochi nostræ Diœcesis suos Parochianos moneant, non posse eos absolui à Confessarijs alterius Diœcesis pro eorum peccatis Nobis specialiter reseruatis, præcipuè vbi est annexa excommunicatio, sed necessario debere ea Nobis confiteri.

CAPVT DECIMVMNONVM.

CAueant Confessarij oretenus, aut scriptis falsò attestando, se aliquem Confessione expiasse, vel Sacrosancto Christi Domini Corpore refecisse, & si secus fecerint, pęnam suspensionis ab ordine, ipso facto, volumus incurrere, illosque tùm carcere, tùm exilio ab hac Diœcesi, ac Prouincia, tùm alijs pœnis arbitrio nostro plecti mandabimus.

CAPVT VIGESIMVM.

PRęcipimus Parochis, alijsuè Confessarijs per Nos approbatis, & approbandis, ne tẽporibus, quibus cõfessiones frequẽtiores existere solent, præcipuè per dies octo ante Natiuitatẽ Domini, & à Dominica Passionis vsque ad Resurrectionis octauam, ac Sabbatis

præce-

præcedentibus tertiam Dominicam cuiuslibet mensis, ipsisque tertijs Dominicis, ac alijs festiuitatibus, & solemnitatibus propriæ Ecclesiæ, necnon temporibus Iubilæi, sine causa necessaria, siuè absque licentia à Nobis obtenta, munus in Ecclesia Matrice auscultandi confessiones, prætermittere, aut vllò modo differre sub pęnis arbitratu nostro imponendis, vllò modo audeant, neque præsumant.

TITVLVS QVINTVS.

DE EVCHARISTIA.

CAPVT ANTECEDENS.

EVcharistia in eo præcipuè excellit, quia alia Sacramenta efficiunt gratiam, in hac idem ipse auctor, & fons gratiarum continetur, vnde firmissima Catholicæ fidei veritate, & communi Sanctorum Patrum consensu Corpus, & Sanguinem, porrò autem, & Animam, & Diuinitatem Domini Nostri Iesu Christi, verè, realiter, & substantialiter in ea contineri, edocemur; Paterno igitur affectu rogamus, & obsecramus omnes, & singulas oues nostræ curæ commissas, vt ad manducandum Corpus, & Sanguinem Iesu Christi constanti fide, summaque cum deuotione frequenter accedant, vt indè confortatæ ad cœlestem Patriam peruenire valeant, eumdem ibi Angelorum Panem manducaturæ.

CAPVT SECVNDVM.

SAcrosanctum Eucharistiæ Sacramentum omnium longè maximum, vt decentiori, quo fieri valet

honore,& cultu,habeatur,præcipimus,quò Tabernaculum in quò illud asseruatur, sit deauratum, cuius cellula serico panno extet ornata, prout, & Pixis aurea,vel argentea,vbi mundissimum corporale substernatur,& si ipsa Pixis argentea sit, intrinsecus deauretur,eiusdem claues sit semper penes ipsum Parochum, & in Monasterijs Monialium penes Confessarium, vel Cappellanum,& vnica in die Cęnæ Domini retineatur per Sacerdotem in crastinum diem Sanctissimum Sacramentum suscepturum, ac nullo modo penes sæculares cuiuscunque status, gradus, & conditionis non obstante consuetudine, iuxtà Decretum Sac. Congreg. Rit. 22. Nouemb. 1631. & iterum in vna Calaguritañ.

Cum enim Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Ciuitatis de Victoria petijsset mandari obseruantiam Decretorum Sac. Congreg. quod Claues Sacrarij Sanctissimi Corporis, quæ in feria quinta Cęnæ Domini asseruatur,non custodiantur à laicis,etiam Illustribus, qui plerumque id vsurpare conantur.

Respondit Decretis antiquis inhærendo clauem Tabernaculi, in quo Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum feria quinta in Cęna Domini asseruatur, nequaquam laicis, etiam Illustribus tradendam esse; sed potius Dignitati,vel Canonico in crastinum celebraturo,& ita in Ecclesia dicta seruari mandauit die 13. Septembris 1642.

Quod idem dicimus de Ecclesijs Regularium, etiam ab Ordinariorum iurisdictione exemptis vti declarauit eadem Sac. Congreg. in Curieñ 15. Decembris 1632.

In ipsa Custodia Olea Sancta, nec aliquid aliud reponatur,

CAPVT TERTIVM.

COrruptio Sacramentalium ſpecierum,ne detur ij, penes quos animarum præfectura reſidet, æſtatis tempore ſemel in hebdomada, hyeme verò ſaltem bis menſe quolibet, Sacras particulas renouēt, ac Pixidem à veteribus fragmentis expurgent, alias deſides pęnis arbitratu noſtro corripientur.

CAPVT QVARTVM.

PArochi alijque animarum curatores cum vocentur ad Sanctiſſimum Viaticum infirmis deferendum,curent,vt campanæ ſigno fideles in Eccleſia cōgregentur,præcipuè ij, qui Corporis Chriſti ſodalitio ſunt adſcripti, tunc Parochus ad præſcriptum Ritualis Romani ſuperpelliceo, ſtola,Pluuiali, & ſerico velo, quod ex humeris pendeat ad tegendam Pixidem,indutus,ſub Ombella, ſeù Baldachino grauiter incedat, campanula, & intorſtitijs accenſis maiori, quem loci permittat facultas,numero,præcedentibus, hinc viri,tùm mulieres deuotè ſubſequantur,Parocho interea Pſalmos,& Hymnos ſumma cum veneratione decantante, turribulum fumigans afferatur, prout, & luſtralis aquæ vas, nec deſint duæ lanternæ, vt nulla vi ventorum lumina extinguantur; In Pixide autem vna ad minus Particula pro reditu ſuperſit,quæ cum eodem comitatu,& honore ad Eccleſiam reducatur.

CAPVT QVINTVM.

PRæcipimus,& mandamus, vt quælibet Eccleſia curata duas retineat Pixides, in quarum vna San-

Sanctissimum Corpus asseruetur, altera deseruiat ad illud deferendum ad infirmos, in Pixide Altaris plures Particulæ consecratæ detineantur.

CAPVT SEXTVM.

DIE Parasceuæ Eucharistia alijs non distribuatur, quam infirmis, quibus nusquam deferatur ad eam adorandam, interdicente Sac. Congreg. Concilij 19. Nouembris 1571.

CAPVT SEPTIMVM.

IN mortis periculo constitutus, si Sacrosancta Eucharistia fuerit quis munitus per modum viatici, poterit durante eodem periculo iterum per eumdem modum accipere, ideòque Parochi illam non denegent transactis octo diebus, prout & sano, qui de mane sacra Communione recepta post prandium in morbum inciderit, ità periculosum, vt probabili Medicorum iudicio vsque ad sequentem diem viuere non valeret.

CAPVT OCTAVVM.

SInt cauti Christi fideles probabile aliquod periculum subituri, iter longum, ac arduum, vel periculosam nauigationem aggressuri, necnon mulieres de proximo pariturae, & senes, quò Sanctissimo Christi Corpore se muniant, ad hoc vti proximiores periculo, tutiores ad gloriam assequendam efficiantur.

✱

CA-

CAPVT NONVM.

ARchipresbyteri, siuè Parochi pro habenda notitia præcepto Paschali satisfacientium, omnes, & singulos mares, & fęminas doli capaces intra fines eorum Parochiæ, seù districtus commorantes describant, atque in Paschate, non nisi ijs, qui Confessarijs tùm Sæcularibus, tùm Regularibus à Nobis approbatis peccata expiarint Eucharistiam præbeant, habito tamen testimonio eorumdem de absolutione impertita, quos tamen de tempore communionis notare cum nominibus, & cognominibus, per aliquem Ecclesiasticum ab ipsis assumendum, teneantur.

CAPVT DECIMVM.

SCiant omnes vtriusque sexus, qui tenentur in Paschate Communicare, non satisfacere ipsos præcepto, nisi Sacram Communionem in Ecclesijs respectiuè pro Parochialibus deputatis, vel in nostra Metropolitana Ecclesia acceperint, quoad Ciuitatem; & per Diœcesim in Ecclesijs Matricibus, Curatis, siuè alias Parochialibus; & tempus currit à Dominica Palmarum, vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè, quo termino elapso; siuè ante teneantur Rectores animarum Nobis, vel nostrò Vicario Generali eorum catalogum proferre, qui id neglexerint, vel quibus tanquam publicè criminosis hoc fuerit interdictum, cuius generis sunt excommunicati, Concubinarij, Blasphemi, Vsurarij, Malefici, Meretrices, Coniuges absque legitima causa, non cohabitantes, ad odium indurati, Lenones, & cæteri huiusmodi, vt ad præscriptum Sacrorum Can. morbis remedium adhibea-

mus,

mus,& ne reliquæ inficiantur oues ; caueant tamen Parochi hanc facultatem communicandi contra tenorem huiusmodi Constitutionis sub pœna ducatorum triginta,alijsque arbitrio nostro, excepto casu necessitatis,impertiri.

CAPVT VNDECIMVM.

ET vt huiusmodi transgressores luant pœnas, vltra censuras,& pęnas (interdicti, scilicet, & priuationis Ecclesiasticæ sepulturę) contentas in C. omnis vtriusque sexus de Pęnit. & Remifs. præsenti nostra constitutione in non communicantes temporibus statutis,vel communicare prohibitos excommunicationis sententiam eo ipso incurrendam ferimus, & promulgamus, id quod exequemur absque alia citatione, & monitione, sed sola relatione, Parochi contrauenientes publicè denunciabuntur excommunicati,ideòque debeant, vt supra, Parochi, alijque animarum Curatores sub pęna arbitrio nostro infligenda, hos contumaces transacto tempore præcepti nostræ Curiæ deferre, ac monere non desinant omnes non communicatos reos effectos esse peccati, & censurarum ; indulgemus tamen pro absentibus à proprijs Ecclesijs tempore præcepti,vt infra octo dies post regressum præcepto huiusmodi parere debeant, sin autem reputentur, vti eidem contrafacientes.

CAPVT DVODECIMVM.

REsurrectionis die Dominico Regulares quicunque,cuilibet Sæculari Eucharistiæ Sacramentum ministrare non audeant, etiam si in sua Parochia satisfecerint,nisi in eorum Ecclesia adiunctam habeāt

curam

curam animarum ex Decreto Sac. Congreg. Conc. famuli autem sæculares in Monasterijs Regularium degentes ad Parochialem Ecclesiam pro satisfaciendo huic præcepto accedant, ex decreto eiusdem Congreg. Concilij, quorum vtrumque fuit emanatum 13. Ian. 1586. & 14. Martij 1615.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

SAnctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè exponi pro oratione quadraginta horarum, non nisi de nostra, vel nostri Generalis Vicarij licentia pro graui tantum, & rationabili causa concedenda, sub pœna interdicti Ecclesiæ, & alijs pœnis arbitrio nostro irrogandis, in quibuslibet Ecclesijs, Cappellis, & Oratorijs quomodolibet exemptis interdicimus; ità enim censuit Sacr. Congr. in vna Grassaten. die 4. Iunij 1644. & in vna Hesculen. 3. Aprilis 1632. & in Neapolitan. 7. Augusti 1630. & alias sæpè; quæ licentia, & approbatio etiam exigitur pro Regularibus Eucharistiæ Sacramentum in eorum proprijs Ecclesijs exponere volentibus, vt declarauit Sacr. Congreg. Conc. in Neapolitana, sub die 17. Augusti 1630. sequentis tenoris.

Non licere Regularibus etiam in eorum proprijs Ecclesijs Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum exponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario, ex causa autem priuata posse, dummodò Sanctissimum Sacramentum è Tabernaculo non extrahatur, & sit velatum, ita ut ipsa Sacra Hostia videri non possit, & alias sæpè Sac. Congreg. decreuit.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

PErmiſſa facultate pro expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, faces ad minus duodecim luceant, & ſaltem ſex fideles adſint, iuxtà reſcriptum Sac. Congreg. Epiſc. Camerinen. 28. Octobr. 1594. vbi verò hoc commodè fieri poterit, Sacerdotes, vel Clerici bini, vel ſaltem vnus per horas ſibi ſuccedant, Sacerdotes ſuperpelliceo, ac ſtola, Clerici autem ſuperpelliceo tantum induti, & genuflexi ante Sanctiſſimum preces effundant, quorum diſtributio in noſtra Eccleſia Metropolitana ad Archidiaconum pertinet; in Diœceſi verò ad Archipresbyteros, ad id quoque peragendum Regulares, & Conſoliditates inuitentur, poſt Solis occaſum minimè proſequatur, ſub pœnis aduerſus contrauenientes ad noſtrum beneplacitum infligendis.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

SVb pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ eo ipſo incurrendi, ob iuſtas cauſas prohibemus mulieribus Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſociari poſt ſonum Salutationis Angelicæ Veſpertinæ.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

CVram animarum exercentes, pueros, & puellas Sacratiſſimæ Euchariſtiæ Myſteriũ, & quæ exigantur, vt ritè, & rectè illa adminiſtretur edocere tenentur, ac inſtruere ad hoc Sacramentum accipiendum, quò ſtatim poſt decimum ætatis ſaltem annum completum hoc ſaluberrimo cibo veſci poſſint, &

alias

alias non admittantur, quam qui ea ætate, vel ingenio polleant, vt quod faciunt rectè discernant, alioquin Parochos secus agentes arbitrio nostro puniemus.

TITVLVS SEXTVS.

DE EXTREMA VNCTIONE.

CAPVT PRIMVM.

IN extremo vitæ termino, & quidem difficillimo antiquus Serpens ferociendo omni vtitur calliditate, vt Christifideles in nimiæ fiduciæ securitatem, vel in profundæ desperationis foueam inducat; huius certaminis periculo occurrens Redemptor noster remedijs salutaribus extremæ Vnctionis Sacramentum instituit, cuius virtus existit, peccati reliquias, (si quæ extant) abstergere, animæ ægroti velamen præbere, illamque confirmare, vt dæmonum tentationibus faciliùs resistat; Caueant igitur Curati omnes, ne quis ex eorum desidia in eorum Parochijs, seù locis ipsorum Curæ subiectis absque hoc Sacramento decedat è viuis, nam & diuini iudicij vltionem, & pęnas arbitrio nostro sæuerissimè irrogandas non effugient; administrabunt autem seruatis ritibus, & cæremonijs ad Rit. Rom. præscriptum, Regulares requisitos à Parochis hanc ad faciendam charitatem, eam non postponere in Domino monemus, atque hortamur.

CAPVT SECVNDVM.

PArochus infirmos morti proximos sæpius inuisat, blandèque consoletur, de eorum memoria terrenos affectus eradicet, & cęlestis Patriæ desideria

inferat, curetque vt ægroto dum integris est sensibus conferatur, si autem sensibus est destitutus, & hoc Sacramentum petierit, vel sit verisimile petijsse, nisi superuenerit impedimentum, illud etiam præbeat, & existente dubio, vtrum infirmus viuat, vel obierit, Parochus incipiat vnctionem cum conditione, si viuis; Pueris verò rationis vsum nondum habentibus, Impœnitentibus certis, sanis, & firmo corpore, licet illis immineat mors scilicet, capite damnatis, mulieri partu laboranti, amentibus, qui nunquam mentis compotes fuerunt, hoc Sacramentum non ministretur, vulneratis tamen, & parturientibus morti propinquis tribuatur.

CAPVT TERTIVM.

ÆGrotis in vna, eademque infirmitate in mortis periculo constitutis, animarum Rectores semel hoc Sacramentum conferant, post valetudinem verò eueniente nouo periculo mortis, potest illud reiterari, & hoc toties, quoties conualuerint, & vitæ discrimen incidisse videbuntur.

CAPVT QVARTVM.

PArochus, ad quem administratio huius Sacramenti pertinet, in deferendis Sacris oleis adhibeat superpelliceum, & stolam luminibus præcedentibus, & imagine Crucifixi, & in reliquis obseruet præscripta à Rituali Romano; præteriti anni oleis non vtatur, sed comburat, cineresque in Sacrario mittat, sub pœnis iudicij nostri.

CAPVT QVINTVM.

SAcramentum hoc dum confertur, æger debet esse contritus, vel saltem attritus, reputatus contritus; ideòque ille prius reconcilietur fari valens, alias ad actus contritionis maiores, quam potest, inducatur; collato hoc Sacramento, Paróchus cum infirmo, si potest, recitet Symbolum Apostolicum, & curet illum protestari se velle in ea fide perseuerare, & decedere.

CAPVT SEXTVM.

INfirmo imminente mortis periculo; ità vt dubium sit, an post sumptam Eucharistiam adsit tempus ad Ecclesiam redeundi, atque Sacrum oleum pro collatione extremæ Vnctionis sumendi, poterit Parochus illud secum deferre cum Eucharistia, cessante verò hac necessitate, non est laudanda solertia eius administrationem sic præuenire, vt illicò post Viaticum, nullo vrgente periculo extrema Vnctio conferatur, ideòque Curatis, alijsuè Parochis sub pœna ducatorum quinquaginta locis pijs, præcipimus, & mandamus, ne citrà casum necessitatis Viaticum, extremamque Vnctionem eidem ægroto insimul conferant, sed postea ingrauescente morbo, ad hoc, vt æger morti proximus hoc Sacramento munitus, nouis auxilijs aduersus noua pericula roboretur.

TITV-

TITVLVS SEPTIMVS.

DE ORDINE.

CAPVT PRIVS.

SAcramentum Ordinis tantæ dignitatis, & excellentiæ exiſtit, vt cunctis ſæculi maieſtatibus antecellat, ac proindè ad hoc eligendi ſunt, qui cæteros pulcritudine, nobilitate, virtute, ac bonis moribus ſupereminent, hinc à Sacris Canonibus, præſertim in Tridentina Synodo, quæ ad vniuscuiuſque Ordinis ſuſceptionem præcedere debent, exactè ordinata fuerunt, & Nos eisdem decretis adhærendo, modum, & conditiones requiſitas fore præſcribendas cenſemus, quas adamuſſim in poſterum à promouendis ad minores, & maiores Ordines, prout ab ijs, qui Clericali caractere ſe inſigniri intendunt, obſeruari præcipimus, & ſunt quæ ſequuntur.

CAPVT SECVNDVM.

QVò quis primo Clericali caractere initiari valeat, hæc adimplere ſtudeat. Primò, in calce ſupplicis libelli nobis porrecti obtineat reſcriptum, quod poſſint fieri denunciationes, & debita capi informatio. Secundò, afferantur literæ teſtimoniales de peractis denunciationibus, & inquiſitione facta circa vitam, & mores. Tertiò, probetur, quod ſit Diœceſanus, vel alio modo nobis ſubiectus. Quartò, quod conſtet de legitimis illius natalibus. Quintò, legitimum adducat documentum de Sacramento Baptiſmi, & Confirmationis. Sextò, quod hic

talis

talis compleuerit septennium, Septimò, quod excedendo ætatem annorum decem,& octo completorum, ostendat nullius criminis se reum esse in sæculari Curia per publicum testimonium Iudicis laici, & per alterum Vniuersitatis, se nihil ratione administrationis exercitæ debitorem existere,& denique an fidei rudimenta didicerit,ac scribere,& legere sciat.

CAPVT TERTIVM.

PRomouendi ad minores ordines doceant primò, quæ præcedenti capite in primo,& secundo numero tradidimus,ac de seruatis interestitijs,vel dispẽsatione desuper obtenta, quod est commune ordinibus omnibus suscipiendis. secundò de primæ Tonsuræ susceptione,assiduaque Clericalis habitus delatione. tertiò de frequentatione scholæ à Magistro testimonium adducat. quartò Ecclesiæ, cui fuerunt adscripti,operam nauasse, probent. quintò saltem quolibet mense Sacramentum Pęnitentiæ, & Eucharistiæ suscepisse. sextò quod requisiti à Parocho ad Doctrinam Christianam docendam,illi præsto occurrerint, demum examinentur, an linguam latinam, suscipiendique ordinis munus benè calleant.

CAPVT QVARTVM.

ASsumendi ad Sacros ordines non admittantur, nisi prius Nobis supplicatione porrecta, publicationibus factis, & capta informatione constiterit, primò Subdiaconos ordinandos, ætatis annum vigesimum secundum,promouendos ad Diaconatum vigesimum tertium, prout ad Presbyteratum ascensuros annum vigesimum quintum attingisse, ac de seruatis

uatis

natis interſtitijs, vel diſpenſatione obtenta, ſecundò bonum teſtimonium adducant, se in minoribus ordinibus probatos eſſe, & in ijs, quæ ad ordinem ſuſcipiendum ſpectant eſſe inſtructos, necnon bonis literis eruditos, tertiò in habitu, & tonſura inceſſiſſe, atque Eccleſiæ inſeruiſſe, quartò ſingulis quibuſcunque menſibus ad Subdiaconatum, bis verò in menſe ad Diaconatum, diebus Dominicis, & ſolemnioribus cum ad Altare miniſtrauerint, ad Presbyteratum promouendi oſtendant ſe Pęnitentiæ, ac Euchariſtiæ Sacramento frequenter cibaſſe, quintò Doctrinam Chriſtianam optimè callere, & ad eam docendam pueros, rudeſque à Parochis requiſitos opus nauaſſe; & vltra præmiſſa Presbyteri ordinandi doceant in Diaconatu ad minus per annum integrum cum ſatisfactione ſe miniſtraſſe, pietate, caſtitate, grauitate morum, literarumque ſcientia eſſe coſpicuos, prout & in cantu Eccleſiaſtico verſatos, ſicut etiam eoſdem ad ſalutem aſſequendum neceſſaria ſciuiſſe, eademque ad Populum docendum aptos exiſtere, & idoneos ad miſſam celebrandam, & Sacramentorum adminiſtrationem reputari, comprobetur.

CAPVT QVINTVM.

CVm dedeceat diuino miniſterio adſcriptos cum ordinis dedecore mendicare, vel ſordido alicui ſe applicare quæſtui, debet ad Sacros Ordines aſſumendi Nobis oſtendere beneficium Eccleſiaſticum, vel penſionem annuorum ducatorum triginta, pacificè poſſidere, vel reale, & non fictitium patrimonium, quod deductis oneribus, liberè annuatim, ac eamdem ſummam actualiter det in fructu, non verò quod poſſet reddere, aliter ordinatus ſit ipſo iure ſuſpenſus,

pęniſ-

pœnisque per Sacros Canones statutis, per Concilium Tridentinum innouatis, alijsuè grauioribus ad nostrum beneplacitum erit mulctandus, prout, & qui post ordinationem beneficium, pensionem, vel patrimonium, ad cuius titulum quis fuit in Sacris ordinatus, sine nostra licentia, & non seruatis, quæ de iure, etiam si ordinatus habeat, vndè viuere possit, alienare extinguere, vel grauare, vel remittere præsumpserit, & vlterius alienatio, extinctio, remissio, ac quodcunque grauamen desuper adiectum, nullum sortiatur effectum, ac nullius roboris, & efficaciæ existat.

CAPVT SEXTVM.

PArochi, alijque per Nos deputandi ad capiendas informationes pro requisitis ordinum, tàm sacrorum, quàm minorum, siuè primæ tonsuræ sub pœna excommunicationis coram seipsis testium examinandorum depositiones recipiant, ijque sint legales fide digni, & quoad fieri valet, scientes legere, & scribere, illasque inquisitiones ad Nos clausas, & obsignatas remittant, in capiendis huiusmodi informationibus, pro quibuscunque ordinibus præscriptos modos in antecedentibus capitibus adhibeant, & secundum ipsos confici requisita curent, cum alijs sparsim in hoc titulo referendis, alias processus nullos, & inualidos declaramus, pro quorum labore volumus, & mandamus, Archipresbyteris, Parochis, siuè alijs per Nos delegandis, vt pro inquisitione capienda de natalibus ordinandorum, vita, & moribus, cæterisque requisitis eorum salarium minimè excedat carolenos quinque incluso labore scriptoris, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, absolutione Nobis reseruata, à quà nullo modo absolui valeant, nisi facta re-

ſtitutione exacti,& à Nobis,vel noſtro Vicario Generali obtenta facultate.

CAPVT SEPTIMVM.

PRo promouendis ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem factis trinis denunciationibus tribus diebus Dominicis,vel feſtiuis de præcepto,eodem etiam tempore tribuſque reiteratis vicibus Parochi, vel alij deputati ibidem Populo proponant patrimonium, ad cuius titulum erit ordinandus,vt reueletur, an illud extet verum,vel ſimulatum, creditoribus hypothecatum, vel aliquo onere fideicommiſſi grauatum,& cuius ſit redditus; hoc interim pendeat in Ianua maioris Eccleſiæ affixa ſchedula,ſeù nota,in qua contineãtur,& deſcribantur bona in Patrimonium aſſignata cum finibus adiacentibus,nomina, & cognomina donantium, valor, annui fructus, iniuncto præcepto, quod quilibet ſub peccato mortali Parocho,vel à Nobis delegato,vt ſupra,reuelare teneantur, an bona illa,vt præfertur,ſint propria donantium, aut alijs creditoribus obligata,aut litigioſa, vel non pacificè poſſeſſa,aut non tanti redditus;ſitque ſchedula ipſa delegatorum per Nos manu ſubſcripta,elapſo verò denũciationum præmiſſarum termino cum fide affixionis, & defixionis,fiat teſtimonium veritatis, cum vlteriori atteſtatione,quod nihil fuit oppoſitum, vel de ijs quæ oppoſita fuere.

CAPVT OCTAVVM.

PArochi,Archipresbyteri,ſiuè alij deputati ſimiliter in præmiſſis curẽt examinari etiam tres teſtes, & non minus,fide dignos,qui ſub iuramento talis,&c. ſingil-

ſingillatim deponant, an bona donata ſint propria donantis, illaquè pacificè donatarius poſſideat ? an ſint alijs hypothecata ? cuius redditus exiſtant, An huiuſmodi donatio extet vera, vel ſimulata ? An inter donantem, & donatarium aliquod interceſſerit pactum de illis reſtituendis, & reddant cauſam ſcientiæ, ſubindè iuramentum recipiant à donantibus, quod donatio ſit vera, realis, & abſque fraude, & ſimulatione, quodque nullis creditoribus bona donata ſint obligata, ac in futurum minimè erunt bonorummet donatorum retroceſſionem à donatario obtenturi, nobis, & noſtra Curia inconſultis.

CAPVT NONVM.

IN recognitione requiſitorum, quæ fit per Reu. Archidiaconum noſtræ Eccleſiæ Metropolitanæ, iuxtà morem, ac antiquam obſeruantiam, & praxim hactenus obſeruatam, antecedenter ad illorum approbationem, hoc idem iuramentum per ipſum Archidiaconum, vel alterum à Nobis deputandum Ordinandis præſtetur, iuxtà formulam à felic. recordat. Archiepiſcopis Ieſualdo, & Serſale in eorum Synodalibus Conſtitutionibus, ſub titulo de Ordine præſcriptam, videlicet.

Ego N. Iuro, quod in aſſertione bonorum Patrimonialium, ad quorum Titulum ſum promouendus ad Sacr. Ord. nulla fraus, aut dolus interceſſit, quodque illa verè poſſideo, atque in poſterum directè, vel indirectè non alienabo, niſi fuerit mihi de beneficio Eccleſiaſtico æquè ſufficienti prouiſum, quo caſu id ipſum non faciam ſine conſenſu mei Archiepiſcopi, in licentia ipſius alienationis exprimendo Beneficium, quod in-

dicti Tituli mei locum successerit, & sine simili consensu non resignabo, ità me Deus adiuuet, & hæc sancta &c.

CAPVT DECIMVM.

IN quolibet autem Sacro Ordine post ascensum ad Subdiaconatum, debet præuia inquisitione per deputatos, vt supra capienda, constare de existentia Tituli, ad quem quis fuit ordinatus, nempè ad Diaconatum, & Presbyteratum promouendum continuata adhuc possessione beneficij, vel pensionis, aut bonorum patrimonialium, quæ pro titulo fuerunt in Subdiaconatus ordine suscepto assignata, potiri & frui, ac pacificam ex illis fructuum perceptionem probare per tres testes in Curia Archiepiscopali, vel coram persona deleganda examinandos, detecta etenim insufficientia tituli post adeptionem ordinis Subdiaconatus ordinandus, nisi quod deest, sit assecutus, ad vlteriores ordines ascendere non permittetur, cum Titulus certus, ac sufficiens ad omnes sacros ordines à Sacra Congreg. super cap. 2. sess. 21. de Reformat. exigatur.

CAPVT VNDECIMVM.

HViusmodi autem informationes, publicationes, & nota, seù edictum lapso duorum mensium interstitio circumscribantur, & ex nunc nullam fidem faciant, illasque repeti mandamus.

✠

CAPVT DVODECIMVM.

SI fortè post collatum ordinem Subdiaconatus testes mentitos esse, fuerit detectum, præter falsi pęnam cogentur, etiam supplere de proprio, quoad pręscriptam quantitatem patrimonij, ad quod fuit ordinatus, quæ deest, pro qua re tàm sic ordinato, quàm nostro Fisco procedendi contra eos actionem reseruamus, præcipientes prætereà, vt antequam Archipresbyteri, vel alij per Nos delegandi testes hos cum iuraméto interrogent an verè sciant tale beneficium, vel patrimonium tot habere redditus, quot asserit ordinandus, huiusmodi periculum eisdem testibus denuncient, & denunciatum esse significent; in processu verò Archipresbyteri, Parochi, vel alij deputandi, si conuincti fuerint, vel negligentiæ, siuè falsitatis nota in hac informatione ob occultatã fictitiam, vel insufficientem assignationem beneficij, vel patrimonij, pariter de proprio, quidquid minus reperietur, refundere teneantur, aliasque pęnas arbitrio nostro infligendas subibunt.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

VT fraudibus obuiam eatur, & omnis fallendi locus eripiatur, excommunicationis latæ sententiæ, & nobis reseruatæ innodamus mucrone omnes illos, qui Clericis ascensuris ad Sacros ordines donationes non veras, sed falsas, & simulatas elargiri non verentur.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

ORdinari etiam quis poterit ad titulum annuorum introituum, dummodo præstet cautionem, quod si censum redimi contigerit, pecunia ex sorte principali retrahenda, apud personas moribus, & facultate idoneas deponetur, ad effectum reinuestiendi, Sac. enim Congregatio interrogata,

An super annuis perpetuis censibus possint assignari patrimonia pro Clericis ad Sacros ordines promouendis, respondit,

Die 2. Iunij 1626. posse cum cautione, quod si census redimetur, pecunia ex Iudicis decreto apud idoneas personas deponatur, ad effectum reinuestiendi.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

ORdinati ab alienis Episcopis cum nostris Dimissorialibus literis infra mensem à die susceptorum ordinum literas ostendere in Cancellaria, adnotandas in Libro ordinatorum teneantur, sub pęna suspensionis ab exercitio ordinis suscepti ipso iure incurrenda, Dimissoriæ prædictæ durent per menses duos, vltra quem terminum nullæ sint, & inualidæ, ita ut illarum vigore promoti pęnam suspensionis ab executione Ordinum susceptorum ipso iure à Sacr. Concil. Trident. inflictam, non euitent, prout non admittant alienigenæ cum literis Dimissorijs eorum Ordinariorum tempus duorum mensium excedentibus.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

EXorcistæ munus nemo ex Sacerdotibus, siuè Sæcularibus, siuè Regularibus inobtenta à nobis licentia in scriptis adhibeat, & illa impetrata, exorcismi fiant in Ecclesia, paucis præsentibus, vno saltem Ecclesiastico, & tunc, neque ante ortum, neque post Solis occasum.

TITVLVS OCTAVVS.

DE MATRIMONIO.

CAPVT PRIMVM.

MAtrimonium in lege Euangelica hoc habet; vt gratiam præstet, coniugesque sanctificet, ac coniunctionem Christi Ecclesiæ significet, ac proindè Parochi studeant, sæpè sæpius Coniugibus inculcare, vt matrimonij dignitatem præ oculis habeant, ac à spurcitijs adulteriorum caueant; præcipuè inuigilantes, quò disposita de Reformatione Matrimonij per Sacros Canones, & Concilia, & Sacr. Concil. Trident. adamussim, prout à Prædecessoribus nostris ad hunc finem ordinata, & quæ in præsentiarum ordinantur, fideliter exequantur.

CAPVT SECVNDVM.

CAusas matrimoniales nullus ex Parochis, siuè quocumque nomine vocetur, sub pęna suspensionis ipso iure à diuinis incurrenda, & alijs nobis reseruatis, cognoscere audeat, nec sub eadem pœna

sus-

ſuſpenſionis ſe intromittere in matrimonijs exterorum, & vagorum, niſi prius per nos, vel noſtrum Vicarium Generalem fuerint obſeruata omnia per Sac. Congr. Supremæ Vniuerſalis Inquiſitionis ſancita, ſi qua tamen difficultas in denunciationibus, ſiuè in impedimentis emerſerit, ſiuè probabilis exiſtat ſuſpicio, quod aliquis ex contrahentibus deceptus non ſpontè in matrimonium conſenſerit, res ad nos deferatur, vt præmiſſis, & libertati matrimonij per legitima remedia conſulere poſſimus.

CAPVT TERTIVM.

DEnunciationes pro matrimonijs contrahendis fiant tribus diebus feſtiuis ex præcepto ſeruandis, inter Miſſarum ſolemnia in Eccleſia Matrice, ſeù Parochiali, vbi contrahentes retinent domicilium, explicatis tunc temporis, non ſolum nominibus, & cognominibus contrahentium, ſed etiam parentum ipſorum; quæ denunciationes, non ſint pauciores tribus, abſque noſtra facultate in ſcriptis obtenta; eas in totum, vel pro parte remittendi, vel poſt ipſas nuptias differendi, poteſtate Parochis penitus interdicta, cum id totum Epiſcoporum arbitrio ab eodem Concilio committatur, alios Parochos, ſiuè Archipresbyteros in quolibet ex enunciatis caſibus contrauenientes pęna ducatorum quinquaginta pijs vſibus applicandorum, & carceris formalis per annum mulctabimus.

CAPVT QVARTVM.

MEnſibus duobus à poſtrema denunciatione elapſis, ſi ſponſi matrimoniali nexu non fuerint allegati, denunciationes iuxtà præſcriptum Ri-

tualis Romani repetantur, quas Parochis, absque alia nostra licentia promulgare sit permissum, & nisi aliquod impedimentum fuerit detectum, sponsos in matrimonio coniungant, deficiente verò populi concursu, quoties huiusmodi denunciationes sunt faciendæ, hoc casu etiam schedula in locis publicis Ecclesiæ cũ descriptione nominum, cognominum, Parentum, & Patriæ futurorum contrahentium affigatur.

CAPVT QVINTVM.

PArochus ante denunciationum promulgationem consensum recipiat nedum à Consanguineis, & Curatoribus coniungẽdorum, ac etiam ab ipsis sponsis seiunctim, ad effectum earundem denunciationum, non autem matrimonij, idque perquirat à Fœmina in loco honesto, & in propinquorum conspectu, sed non ità propè, vt illa præ pudore, vel alia causa consensum minùs liberè exprimere audeat, prout interroget spõsos, vtrum fidei rudimenta sciant, nempè Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Fidei Symbolum, præcepta Decalogi, Peccata capitalia, & Ecclesię Sacramenta, quæ si nescierint, iubebit, vt quamprimum ediscant.

CAPVT SEXTVM.

CLandestinis Matrimonijs, quæ de facto sine legitimis denunciationibus, non seruata forma Sacr. Concil. Trident. contrahi in dies arguuntur, & quod peius etiam Parochis violenter adductis occurrere, ac tales abusus eliminare volentes; inhibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, absolutione nobis reseruata quoad contrahentes, ne

talia matrimonia de facto posthabitis denunciationibus inire præsumant, quam etiam censuram incidant testes fraudis conscij, & participes, Parochis verò huiusmodi matrimonijs assistentibus præscribimus pœnam ducatorum centum, præter alias pęnas arbitratu nostro infligendas.

CAPVT SEPTIMVM.

CElebrentur autem matrimonia in Ecclesia Matrice, seù Parochiali, & non in alijs Ecclesijs, & multò minus in Ædibus priuatorum, absque nostra licentia in scriptis obtenta, sub pęna suspensionis ab Assistente incurrenda, & alijs arbitrio nostro; sic enim pro hac Prouincia prouidit Synodus Prouincialis sub regimine b. m. Ascanij Iesualdi annis elapsis celebrata, & de anno 1636. die 15. Martij, per Sacr. Congreg.Conc.confirmata, sub Titulo de Sacramento matrimonij capite postremo, per hæc verba:

Matrimonia cuiuscunque personæ, etiam in quacumque dignitate constitutæ, in Parochiali Ecclesia, non autem in domibus priuatis sine in scriptis Ordinarij licentia, sub pœna suspensionis celebrentur.

CAPVT OCTAVVM.

CRescente iam abusu in peruersis hominibus, qui ante matrimonium legitimè contractum, in hac Ciuitate, & Diœcesi sponsas turpiter cognoscunt, & sub specie, & spe matrimonij, reipsa concubinatum exercent, Pastorali vigilantiæ nostrorum Prædecessorum inhærentes excommunicationem ipso iure latam, absolutione Ordinario Barēñ reseruata, contra huiusmodi sponsos, vel sponsas ad cohabitandum,

vel copulam habendam ante contractum matrimonium,& aduersus in præmissis consulentes, adiuuantes,& cooperantes innouamus, & confirmamus, iubentes prætereà Parochis sub pęna suspensionis ipso facto contrahenda,ac nobis reseruata, vt detegentes aliquos, qui hoc detestabili modo cohabitant, Nos statim certiores faciant, vt non minus sponsos, quam complices in hoc scelere dictam excõmunicationem contraxisse, publicè declarare possimus, implorato quatenus opus sit,auxilio brachij Sęcularis.

CAPVT NONVM.

QVoties prætendatur prius matrimonium ob aliquam causam nullitate laborare,secundum non ineatur, nec illi per quempiam assistatur, nisi declaratoria à nobis super nullitate prioris feratur sententia; prætereà ex coniecturis obitus ob absentiam alterius coniugis, non liceat ad secundas transire nuptias, nisi coram nobis de hac morte constiterit, & per nostram Curiam detur iterum contrahendi facultas, & denique etiam sponsalia mutuo interueniente consensu de futuro contracta, nemo de facto dissoluere præsumat, non præcedente causæ cognitione,& Tribunalis nostri declaratione, alioquin contrauenientes in præmissis, & in quolibet casu ipsorum excommunicationem latæ sententiæ, absolutione nobis, & nostro Vicario reseruata, incurrere sciant.

CAPVT DECIMVM.

MAndamus Notarijs,ne in futurum sub pęna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ab-

Conc. in vna Cremonen̄, nec matrimonia temporibus prohibitis ab Ecclesia celebrare audeat, alioquin pœnam suspensionis ipso facto incurrat, & alias arbitratu nostro; cum Parochos matrimonia temporibus prohibitis celebrantes puniri posse arbitrio Episcopi, declarauit Sac. Congregatio Conc. in vna Bosnen die 3. Decembr. 1644.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

SAluti animarum consulere volentes, monemus omnes, & quoscumque consanguinitatis, vel affinitatis impedimento irretitos noua indigere dispensatione, si ante executionem literarum Apostolicarum sponsas cognoscunt, iuxtà decreta Sac. Congreg. Conc. tenoris huiusmodi in sequentibus casibus prolata.

Sacra Congreg. Cardinalium Concil. Tridentini interpretum, alias censuit, eos, qui obtinuerunt literas dispensationis super gradu prohibito, & eis non præsentatis contraxerunt, vel se carnaliter cognouerunt noua egere dispensatione. Qui Romam miserunt pro dispensatione, & habito nuncio, quod literæ fuerunt expeditæ, contraxerunt, & ità verùm est fuisse expeditas, & habere datam ante contractum, vel cōmixtionem, nullas dispensationes esse, Congreg. Cardinalium censuit, & idem visum est etiam quod literæ non essent in totum expeditæ, sed supplicatio signata, & datata, & in totum expedita.

Ideòque Parochus sub pœna ducatorum centum, & carceris formalis ad annum, nullo modo eos coniungat, nisi prius literas de dispensando Generali nostro Vicario præsentauerint, & decretum dispensationis obtinuerint.

CA-

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

PArentum consensu, quantumuis opus non sit in matrimonijs contrahendis per filios familias de necessitate pro illorum validitate, dummodò libero contrahentium consensu facta sint, tamen de honestate ille exigitur, cum rationi summoperè sit consentaneum filijs familias in re tàm graui consilijs, & voluntati parentum subiacere, quapropter Parochi omnes tàm futurorum Coniugum, quàm propinquorum, præsertim parentum consensum perquirant, & si quid dubij occurrerit, ad Nos deferant, ad effectum prouidendi, abstineantque ne illos coniungant in matrimonio, de quorum voluntate ambigi contigerit ad euitandam anathematis pœnam ipso iure incurrendi fulminatam per Sac. Conc. Trid. sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 9. quam incidunt ij, qui quomodolibet directè, vel indirectè matrimonij libertatem violare præsumunt.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

COntrahentes scienter Matrimonium in prohibitis consanguinitatis, & affinitatis gradibus statim separentur, omnique spe impetrandæ dispensationis ex Decreto Sac. Conc. Trid. careant, incurrentes præterea ex Constitutione Clementis Papæ V. excommunicationis sententiam; qui vero ignoranter contraxere, impedimento detecto ab inuicem eo ipso separentur, donec literas Apostolicas desuper impetratas debitæ executioni per nostrum Vicarium demandari obtinuerint.

CA-

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

PArochus duos conficiat Libros benè compactos, quorum alter matrimonij denunciationes, alter contrahentes matrimonium per verba de præsenti pariter cum nominibus testium descriptos contineat, quidquid in eisdem libris quotannis scripserit, infra octauam Assumptionis Nobis rescriptum tradat, alioquin arbitrio nostro punietur.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

SPonsis in diuersis Terris nostræ Diœcesis domicilium habentibus, cum vtrobique contractus poterit celebrari, Parochus, qui fortè assistet, caueat, ne illos coniungat in matrimonio, nisi habita fide alterius, per quam de denunciationibus, & de omnibus ritè factis constiterit, sub pœna ducatorum quinquaginta pijs vsibus, & suspensionis in subsidium incurrendæ.

CAPVT DECIMVMNONVM.

AD præscriptum Sac. Conc. Trid. cum Nuptiæ sint benedicendæ, & à nonnullis prætendatur sub prætextu consuetudinis, etiam si alter ex coniugibus in priore matrimonio benedictionem receperit, cum alio coniuge nouiter illum recipere posse, quinimò aliqui benedictionem in secundo matrimonio etiam sub Baldachino, seù Pallio accipiant, huiusmodi abusibus, seù corruptelis eradicandis, consulendo præcipimus Parochis, vel alijs Sacerdotibus sub pœna suspensionis à Diuinis, quam ipso facto incurrere

vo-

volumus, ne vllo modo ſimiles benedictiones elargiri præſumant, quando alter ex coniungibus in alio matrimonio benedictionem habuerit, nec vnquam ſub Pallio, ſeù ſub Baldachino.

CAPVT VIGESIMVM.

NVllus Sacerdos ſub pœna ducatorum centum ipſo iure incurrenda, & carceris per biennium, & in ſubſidium suſpenſionis, non præcedente noſtra in ſcriptis licentia, matrimonio alicui aſſiſtere audeat, niſi Parochus ipſe, vel qui ad Sacramēta miniſtranda à Nobis approbatus ad aſſiſtendum matrimonio per ſcriptum Parochi deputetur, quod ſi abeſſe Parocho contigerit ob aliquam neceſſariam cauſam à Parochia, ſcripto etiam Sacerdoti alteri ex deſignatis per Nos vices ſuas, non ad alia Parochi munia, tùm præcipuè ad hanc aſſiſtentiam conferat per tempus eius abſentiæ; Regulares verò matrimonijs aſſiſtere non audeant, etiam cum permiſſione Parochorum ſine licentia à Nobis in ſcriptis obtenta.

TITVLVS NONVS.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

CAPVT PRIMVM.

QVA mentis puritate, & cordis munditia, ac deuotione ſit à Sacerdotibus peragendum Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, in quo illa Deo Patri placens Hoſtia Ieſus Chriſtus in odorem ſuauitatis offertur, nemo ex Sacerdotibusmet ignorare debet; ideòque ſummoperè eſt dolendum de quampluribus

pluribus Sacerdotibus actionem illam etiam Angelis tremendam nimium irreligiosè pertractantibus; studeant igitur tanta dignitate fruentes, nedum pro summa rei grauitate interna animi munditia, sed etiam exteriori in Rubricis demandato cultu sanctam, & immaculatam hostiam offerre non cursim, sed moderatè, & intelligibiliter, atque debitis cum pausis verba proferentes, & tandem quoad corporis gestus compositionem, grauitatemque adhibeant, alioquin qui præmissorum fuerint contemptores ab ordinis exercitio se fore suspendendos certò sciant.

CAPVT SECVNDVM.

SAcerdotes Missæ Sacrificium peracturi assiduè sua peccata licet venialia bis, aut semel in hebdomada in confessione expient, nisi mortali peccato labefactata, id crebrius fieri coegerit conscientia.

CAPVT TERTIVM.

POst sacramentalem Confessionem, & ante Missæ inchoationem Sacerdos genibus flexis orationes præparatorias ex ijs, quæ in Missali reperiuntur, ante Crucifixi imaginem recitet, imò in Sacristia, vbi Sacerdotes sacris induuntur vestibus, habeantur tabellæ, in quibus huiusmodi orationes sint descriptæ præter sacras imagines, ideòque in qualibet Ecclesiæ Sacristia Oratorium instituatur, in Missali signet loca legenda, cęremonias S. R. E. in Missali præscriptas seruet adamussim, quibus nec detrahat, nec addat aliquid, ad Altare nonnisi operto capite bireto, ac præuio campanulæ sonitu accedat, caueat tamen Sacerdos quilibet, quacumque dignitate fulgens sacris se

induere vestibus in Altari, sed sumat in Sacristia, sub pœnis arbitratu nostro infligendis, vt declarauit Sac. Congregatio in

Brixien. Præpositus Cathedralis, qui est Prothonotarius Apostolicus quæsiuit, an liceat sibi, dum priuatim celebrat extra Cathedralem paramenta sumere de Altare, & Sac. Rit. Congr. iuxta decreta aliàs edita, & in Missali nouo impressa respondit, Paramenta pro celebratione Missarum nunquam per Oratorem esse sumenda de Altari, cum id competat solis Episcopis, siuè solemniter, siuè priuatim celebrātibus, inferioribus habentibus vsum Pontificalium, non nisi quando in Pontificalibus celebrant, die 11. Iulij 1643.

CAPVT QVARTVM.

ANulum minimè gestent Sacerdotes, dum celebrant, etiam si Canonici extent, siuè Doctores, etiam si Prothonotarij, iuxtà rescriptum Sac. Congregationis Archiepiscopo Vrbinen. die 6. Ian. 1595. & vt infra, aliàs contrauenientes qualibet vice pœnam ducatorum decem incurrant; prout & Sacristæ permittentes Sacerdotes celebrare cum anulis aureis in digitis, exceptis tamen habentibus vsum Mitræ, vel Baculi, vel alias ex priuilegio Apostolico; Vnde Sacra Congregatio in vna

Tropien, quæ ad Relationem Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Gozadini, censuit non licere in celebratione Missæ delationem anuli, neque Doctori, neque Prothonotario non participanti, die 11. Februarij 1623. &

Cum petitum fuisset declarari, an prohibitio facta per Sacram Congregationem Rituum circa delationem

tionem anuli, quando Prothonotarij Missam celebrant, comprehendat etiam Canonicos Cathedralis. Respōdit etiam affirmatiuè die 20. Nouembris 1628.

CAPVT QVINTVM.

SVb pęna librarum decem cæræ albæ laboratæ qualibet vice incurrenda, nemo audeat in actu celebrationis Missæ pileolum absque licentia Sedis Apostolicæ gestare, prohibente Sac. Rituum Congregatione; Nam in Neapolitana Ioannes Paulus Coenuallus Sacerdos Neapolitanus, reumate, vt asserit, laborans, supplicauit pro licentia celebrandi cum pileolo vsque ad Canonem, & Sac. Rituum Congregatio respondit, Adeundum Sanctissimum, die 7. Augusti 1628.

CAPVT SEXTVM.

ANte auroram, vel post meridiem nullus audeat Missas offerre, nisi in casibus à Iure permissis, neque hoc attentent Regulares, etiam vigore priuilegiorum ante Concilium concessorum, Sac. enim Congregatio Concilij interrogata, An Mendicantes possint vti hodie priuilegijs faciendi Sacrum ante lucem, & post meridiem, quibus ante Concilium vtebantur, Respondit Fratribus Sancti Hieronymi Hispan. in Toler. sess. 22. de celebrat. Missar. Non posse, eò quia mens clara Concilij hoc improbat, licet Ordinarius negligens sit in prohibendo, & quod præcipuè conuenit Iesuitis, & Mendicantibus, vt cum videant hoc improbatum à Concilio, abstineant, etiam quod Ordinarius nihil dicat.

CAPVT SEPTIMVM.

IN nocte Natiuitatis Domini post primam Missam cantatam, immediatè non celebrentur aliæ duæ Missæ, nec Christifidelibus sacra Eucharistia ministretur, prout Sac. Congregatio Rit. in vna Pisaurensi Respondit

Patres Sancti Caroli Congregationis Clericorum Regularium petierunt responderi, An liceat in nocte Natiuitatis Domini post cātatam primam Missam alias duas immediatè celebrare, & communicare fideles, & Sac. Congreg. respondit nullo modo licere, sed omninò prohiberi die 20. Aprilis 1641.

Et cum quidam Regulares id omne nihilominus licere prætenderint, ac propterea rursus in eadem Sac. Congregatione audiri supplicauerint, eius Eminentissimi Patres ipsis auditis protulerunt hoc decretum.

Cum superioribus diebus, consulta hac Sacra Congregatione, An esset permittendum celebrari in media nocte Natalis Domini post Missam decantatam successiuè alias duas Missas, & in eis sacram communionem exhibere fidelibus, illam deposcentibus, & respondisset non esse permittendum, sed omninò vtrumque prohiberi, nihilominus nonnulli Regulares asserentes hoc licere, supplicarunt audiri, & Sacra Congregatio ipsis auditis cum Procuratoribus, & Aduocatis ad relationem Eminentissimi Pallotti stetit in decretis, & respondit iterum prohibendum, tàm Sacerdotibus celebrare volentibus, quàm confluentibus in media nocte ad Ecclesias, & Communionem deposcentibus die 7. Decembris 1641. quorum decreta duplicata expedita fuerunt die 9.

Augu-

Augusti 1653.

Carolus Episcopus Ostiensis Cardinalis Medices.

Bernardinus Roccius Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

CAPVT OCTAVVM.

IN oblationibus, quæ fieri solent pro Missis nouis, seruetur dispositio Sac. Concil. Tridentini sess. 22. cum declaratione S. Congregationis ad S. Carolum Archiepiscopum Mediolanen, his verbis:

In decreto Tridentini Concilij sess. 22. c. obser. prohibetur quidquid pro Missis nouis: Quæritur, An liceat Sacerdotibus celebrantibus nouas Missas, vertente se in medio Altari ad populum, & accipere eleemosynas, & oblationes ab offerentibus, quemadmodum faciunt Parochi in diebus festiuis; Concilium enim Tridentinum prohibet ea tantum, quę spectant ad auaritiam, & quod potest prohiberi tantum illa perambulatio per Ecclesiam, quærendo eleemosynam, non autem quando consistat apud Altare, & inde non discedat. Ad primum S. D. N. audita relatione Congregationis Concilij declarauit licere; Ad secundum ità S. D. N. declarauit prohiberi dumtaxat hanc perambulationem.

Qui verò huiusmodi decreto contrauenire deprehensi fuerint, Sacerdos incurrat pęnam ducatorũ triginta, Laici verò excommunicationem latæ sententiæ, absolutione Nobis reseruata.

CAPVT NONVM.

SAcratissimi Rosarij Missam iuxta vsum Ordinis Prædicatorum concessam, prout illam de quin-

decim

decim auxiliatoribus Sancti Gregorijproviuis,& defunctis,& de Patre æterno,& quascumque alias à Sac. Rituũ Congreg.non approbatas, haud posse celebrari declaramus; qui vero ad celebrationem Missæ de Rosario tenetur, potest aliam ad eius muneri satisfaciendum,de Beata Virgine celebrare.

CAPVT DECIMVM.

NVllus sub pęna quinquaginta librarum cęræ albæ laboratæ pijs vsibus,&c. audeat, seù præsumat Missas pro Defunctis,seù de Requiē in festis duplicibus celebrare,quod si ex benefactorum rescripto Missæ huiusmodi celebrandæ incidant in festum duplex,tunc non transferantur,sed celebrentur de festo currenti cum applicatione sacrificij iuxta mentem eorũ dē benefactorum, quod idem seruetur quoad Missas de Requiem quotidie celebrandas in Altaribus priuilegiatis,prout per Sacrám Congregationem Rituùm anno 1662. die 5. Augusti cum approbatione Sanctissimi fuit rescriptum quoad primum caput, quo vero ad alterum declarauit s. m. Alexander Septimus in forma Breuis, sub datũ Romę die 22. Ianuar. 1667 sicut infra.

Cum Sanctissimus Dominus Noster in Visitatione Ecclesiarum Vrbis acceperit in plerisque Ecclesijs abusum irrepsisse celebrandi Missas priuatas pro Defunctis,etiam in festis duplicibus contra præscriptum Rubricarum Missalis Romani, eumdemque abusum decreto Congregationis eliminari præceperit; innotuerit vero Sacrorum Rituum Congregationi huiusmodi abusum etiam in alijs Ecclesijs, vbique gentium existentibus inductum pariter reperiri: Sacra eadem Congregatio,vt Missalis Rubricę inuiolatę seruentur,

distri-

districtè præcipit omnibus, & singulis Sacerdotibus tàm Sæcularibus,quã Regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis,Societatis,& Instituti,etiã necessariò exprimendi,vt in posterum omninò dictamRubricam seruent,itàut Missas priuatas pro defunctis,seù de Requiem in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præsumant: Quod si ex benefactorum rescripto Missæ huiusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc minimè transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia expectantibus,detrimento sit,sed dicantur de festo currenti cum applicatione Sacrificij iuxta mentem eorumdem benefactorum; Curentque Ecclesiarum Rectores, Sacristæ,alijque ad quos pertinet, vt huiusmodi decretum inuiolatè seruetur, & in Sacristia affixum retineatur vbi commodè ab omnibus celebrare volentibus,conspici,& legi possit. In eos autem qui contrafacere ausi fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint,locorum Ordinarij tùm Sæculares, tùm Regulares pro modo culpæ animaduertant, die 5. Augusti 1662.

Et facta de prædictis Sanctissimo relatione; Sanctitas sua annuit, & cum applicatione Sacrificij satisfieri,& benefactorum mentem impleri voluit,eadem die 5. Augusti 1662. I. Episcopus Sabinen. Card. Sacchettus. loco ✠ Sigilli. Franciscus Maria Phebeus Sac.Rit.Cong.Secretarius.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CRedite nobis cęlitus dispensationis officium salubriter exequi,adiuuante Domino iugiter satagen-

tãgentes, & quamplurima dubia in diuersis mundi partibus orta, & in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum deducta, occasione decreti eiusdem Congregationis die 5. Augusti 1662. editi, ac à Nobis approbati de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, tollere, atque dirimere cupientes de memoratorum Cardinalium consilio, Authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus in primis aliud decretum prædictæ Congregationis, editum in vna Nouarien die 22. Nouembris 1664. quo declaratum fuit Aniuersaria, & Missas cantatas de Requiem relictas ex dispositione Testatorum quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici maiori contingentes, non comprehendi in dicto decreto; Vlteriùs quoad Altaria perpetuò priuilegiata, & in quibus proinde quotidie, etiam in duplicibus celebrandæ sint Missæ de Requiem ex obligatione; Authoritate, & Tenore prædictis declaramus pro celebratione Missarum de festo currenti satisfieri dictis obligationibus, & suffragari cum eidem indulgentijs perinde, ac si essent celebratæ Missæ de Requiem ad formam priuilegiorum, salua tamen semper in præmissis authoritate supradictæ Congregationis, Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissimè suffragari, & ab eis respectiuè inuiolabiliter obseruari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non

obstan-

obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentijs ad instar, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque: Volumus autem, vt ipsarum præsentium literarum transumptis, seù exemplis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Iudicio, & extra adhibeatur, quę presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die 22. Ianuarij 1662. Pontificatus nostri anno duodecimo. S. Corinthien. Super quibus Rectores Ecclesiarum, Sacristæ, alijque ad quos spectat, inuigilent, illaque adimpleri curent, sub pęnis Iudicij nostri.

CAPVT VNDECIMVM.

DEcreta Sacræ Congregationis de celebratione Missarum, sub pœnis ibidem inflictis, & alijs nostro arbitratu reseruatis, inuiolabiliter obseruari præcipimus, onus celebrationis Missarum pro die, vel hebdomada adimplendum, vltra octo dies ne differatur, nisi pro infirmitate detentum, & tunc non vltra mensem.

CAPVT DVODECIMVM.

MIssa Conuentualis nullo modo omittatur, & si duæ celebrandæ sunt Missæ, vt euenire solet aliquibus anni diebus, vtraque cantetur.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

IN Sanctimonialium Templis nemo celebrare audeat, absque nostra, vel nostri Vicarij Generalis licentia, sub pęna suspensionis ipso facto incurrenda, cuius absolutionem Nobis reseruamus.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

AD Presbyteratum promoti, nisi benè Sacris in Cęremonijs instructi fuerint, & tales per diligentem inquisitionem à nobis, vel nostro Vicario Generali, siuè per nos deputandis comperti fuerint, primam canere Missam non præsumant; ideòque per quos pertinet sine nostra peculiari licentia ad celebrationem Missæ (vt vocant) nouæ nemo recipiatur, sub pęnis iudicij nostri.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

NVllus Sacerdos peregrinus, vagus, & ignotus alienæ Diœcesis, ad Missæ sacrificium peragẽdum admittatur, nisi nobis, vel nostro Vicario Generali sui Ordinarij literas commendatitias exhibuerit, & in scriptis facultatem ab eisdem gratis concedendam, & præuio examine obtinuerit, quod idem in Ecclesijs Regularium, & alijs locis exemptis seruari mandamus, sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, tàm per Sacerdotem celebrantem, quàm per Præfectos Ecclesiarum, & alios ad quos cura, & regimen pertinet, admittentes, ità alias præcipiente Sac. Congreg. Conc. passim, & præcipuè
2. Iulij 1620. apud Cesped. de exempt. Regular.

cap.

cap. 5. dub. 89. qui refert, quod cum à Fratribus Bononiensibus coram eadem Sac. Congr. fuerint proposita aliqua dubia, inter alia sic fuit interrogata: *Essendo publicato vn'ordine generale da Monsignor Arciuescouo, che niuno lasci celebrare Messa à Preti forastieri senza prima vedere, che ne habbi hauuta licenza da Sua Signoria Illustrissima, ò dal suo vicario Generale, si cerca se i Frati siano tenuti ad osseruarlo.* Fuit responsum ad 12. Non licere Regularibus in suis Ecclesijs ad celebrandum admittere Presbyteros Saeculares contra prohibitionem Illustrissimi Archiepiscopi.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

IN Ecclesijs, in quibus Missarum oneri est satisfaciendum, habeatur in Sacristia cuiuslibet à Sacrista, siuè ab alio per Capitulum deputando, custodiendus liber, in quo quilibet Sacerdos post celebrationem propria manu Missam à se recitatã, quo die, quo in Altari, & pro quo scribat, sub poena vnius ducati pro qualibet vice pijs vsibus, quod etiam obseruetur cum Beneficiatis, & habentibus pia legata, tàm intus, quàm extra Vrbem; Pendeat quoque in Sacristia Tabella, quae Missarum onera contineat, cum nominibus defunctorum, pro quibus, quo die, & quo Altari celebratio est facienda, super quibus omnibus inuigilent Praefecti Ecclesiarum, & quos minimè Missarum onus adimpleuisse cõpererint, easdem celebrari curent per alios ad rationem carolenorum duorum pro qualibet Missa in damnum deficientis, qui ad hoc ex fructibus, & Ecclesiae emolumẽtis teneatur, ac propterea libri praedicti saepè saepius per antedictos Praefectos ad huiusmodi effectum recognoscantur.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

CAueant Sacerdotes Sæculares in Ecclesijs Regularium Missas easdem Regularibus indultas celebrare, sed ordinarias in Missali appositas, seruatis Rubricis : in Ecclesijs Monialium occurrente festo proprio illius Religionis, Cappellani non alias Missas, nisi in Missali descriptas, celebrent.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

EVangeliorum liber nemini cuiuscumque dignitatis, qualitatis, præeminentiæ, vel officij in Missis, tàm priuatis, quàm solemnibus, siuè in Ecclesijs publicis, siuè Oratorijs deosculandus præbeatur, exceptis ijs, qui in Cęremoniali Romano expresse nominantur; eorum verò, qui se implicitè nominari contendunt, cognitionem, & declarationem nobis reseruamus: Regulares verò, siuè Sæculares, cæterique quomodolibet exempti, qui secus fecerint, suspensionem à celebratione Missarum ipso facto incurrant, vigore facultatis à Sacr. Rituum Congreg. datæ sub die 17. Iulij 1604.

CAPVT DECIMVMNONVM.

SAcerdotes, & quicumq; alij cuiuslibet dignitatis, & præeminentiæ existant nostræ Iurisdictionis subiecti, si pro suis, vel alienis oneribus, Missarum, aut Anniuersariorum onera non adimpleta pro adimpleris, aut alia die extra statutam, illa in libris ad hoc deputatis falsò descripserint, suspensionem à diuinis, absolutione nobis reseruata eo ipso incurrăt, pręter aliă, crimine detecto per nos, prout de iure, irrogandam.

TITVLVS DECIMVS.

DE FVNERIBVS, EXEQVIIS, ET QVARTA FVNERALI.

CAPVT PRIMVM.

CHaritatis sola ratio Ecclesiasticos mouere debet, vt Christifidelium funeribus intersint, quare indecens aliquorum ex eisdem Ecclesiasticis in exigenda eleemosyna pro funeribus, & sepulturis videtur nimia importunitas, sed non minus detestanda consanguineorum defuncti inurbanitas, quę sine contentione, ac iurgijs ad illam elargiendam ferri nequeunt; Vtrique malo occurrere volentes, quoad illorum auiditatem, quæ auaritiam sapit, ac istorum duritiam in impietatem redolentem, inhærendo decretis Sac. Congreg. super negotijs Episcop. ne quouis prętextu, siuè occasione mortuorum sepultura retardetur, præcipimus cadauera defunctorum sepeliri, præstita modò fideiussione alicuius personæ Ecclesiasticæ, vel assignatis pignoribus Capitulo, siuè Clero de soluendo, quod iuxtà laudabilem Consuetudinem erogari à Populo in funeribus solitum extiterit, ne iure suo Ecclesia decidat.

CAPVT SECVNDVM.

CAdauera defunctorum non humentur, nisi duodecimam ad minus post horam, è tempore expirationis; occisorum verò, & repentina morte occũbentium post 24. horas, nisi aliud æstas suaserit; antę

ortum,

ortum, vel post occasum Solis hoc interdicimus, absque nostra in scriptis licentia, sub pęna nostri iudicij, quoad Ecclesiasticos, excommunicationis latæ sententiæ, quoad Sæculares contrauenientes in antedictis casibus, & quolibet ipsorum, incurrenda.

CAPVT TERTIVM.

Sepultura Ecclesiastica denegetur publicè excommunicatis, Simoniacis, Religiosis Proprietarijs, Hæreticis, Scismaticis, Veneficis, Sortilegis, notorijs Clericorum percussoribus, etiam nulla facta declaratione, aut denunciatione; Interdictis dum viuerent, ab ingressu Ecclesiæ, Mortuis in duello, aut in prohibitis torneamentis, Vsurarijs manifestis, nisi alienum restituerint, vel saltem idoneam de restituendo cautionem reliquerint, Infantibus, vel adultis sine baptismo decedentibus, migrantibus ex hac vita in publico, & manifesto peccato, nullo dato contritionis signo, se ipsos ex industria occidentibus, dummodò ex vi morbi, furoris, aut insaniæ, id non oriatur, cuius rei iudicium nobis in hoc remaneat, non confessis, & sacra communione ex præcepto Ecclesiæ non refectis; istorum corpora, quæ Ecclesiastica sepultura sunt priuanda longè ab Ecclesia distent; contrafacientes pęnis à Sacris Canonibus, & alijs arbitrio nostro infligendis mulctabimus, exhumatis corporibus huiusmodi, si discerni poterint cum reconciliatione Ecclesiæ, vel Cęmeterij.

CAPVT QVARTVM.

Interfectorum corpora postquam sepulturæ tradità sunt Ecclesiasticæ, absque nostra, vel nostri Vicarij

Generalis licentia non exhumentur, sub pęna suspensionis ipso facto, & excommunicationis latæ sententiæ, absolutione nobis reseruata, per Ecclesiasticos, & Laicos cuiuscumque status, gradus, & conditionis contrauenientes respectiuè incurrendæ, etiam ad informationem capiendam, aut cadaueris occisi recognitionem peragendam, cum vtrumque vetitum existat Iudici sæculari, iuxtà rescripta S. Congr. in hunc, quæ sequuntur modum,

Comes Franciscus della Porta, cum, vt de identitate cuiusdam Archibusij, cuius ictu, quidam Abbas interfectus fuerat, certioraretur, Callien Episcopo pro licentia, dicti Abbatis cadaueris exhumandi pluries institerit, ad hoc, vt pilas plumbeas ex dicto corpore extrahere, & cum Archibusio præfato confrontare posset, dictus verò Episcopus prædictam licentiam numquam concedere voluisset, pro eadem licētia Sac. Congregationi supplicauit, Sacra verò Congregatio respondit, quod benè fecit Episcopus, quia à foro Ecclesiastico non sumunt Laici inditia in causis criminalibus, & iterum

Quæritur à Sac. Congreg. declarari, an Episcopus tamquam Ordinarius possit concedere licentiam Iudici Laico, vt examinet, præsertim cum iuramento, & formaliter aliquem reum, vel testem in Ecclesia, vel alio loco immuni, & an Episcopus teneatur etiam inuitus licentiā concedere eidem Curiæ exhumandi cadauer occisi ad recognitionem faciendam? die 2. Maij 1629. Sac. Congreg. super controuersijs iurisdictionalibus, censuit Episcopum non posse huiusmodi licentiam concedere, etiam vigore literarum Sacr. Congreg. super electione, sed petendam à Sede Apostolica, Nec quod cadauera exhuméntur, vt fiat recognitio in ipsa Ecclesia, sed extra, & arbitrio ip-

sius

sius Episcopi, prout rescripsit etiam in vna nullius 2. Maij 1629.

CAPVT QVINTVM.

SI Defunctus fuerit adeò inops, vt iura funeralia nullo modo soluere possit, Ecclesiæ impensis ipsum sepeliri præcipimus, & qui adesse neglexerit absque legitima causa mulctetur prout moris est, verum Præfectus Chori ad euitandas fraudes accersito Parocho, & aliundè constito de inopia defuncti, gratis sepeliri cadauer permittat, alias iuribus nostri Capituli non detrahi studeat, & ità seruetur in Diœcesi.

CAPVT SEXTVM.

INterdicimus sub pœna suspensionis latæ sententiæ, ne qua persona Ecclesiastica de nocte, & clam cadauer aliquod tumulet, vel tumulari permittat, si secus faciens fuerit Laicus excommunicationem ipso iure pariter incurrat.

CAPVT SEPTIMVM.

IN funeribus cuiuscumque hominis nemo audeat sermonem de laudibus defuncti habere, absque expressa licentia à nobis, vel nostro Vicario Generali non obtenta.

CAPVT OCTAVVM.

ABusum, qui irrepsit circumferendi cadauera in hac Vrbe, & locis nostræ Diœcesis Bareñ omninò tollere volentes, præcipimus, vt illa recta, & vi-

& viciniori via ad sepulcrum ducantur, sub pœnis arbitrio nostro infligendis.

CAPVT NONVM.

IVxtà Ceremoniale Episcoporum defuncto Archiepiscopo tàm in ipsa Ecclesia Metropolitana, quàm in alijs Ecclesijs Diœces. solemnes celebrentur exequiæ, id quoque quotannis seruetur in proximè defuncti Archiepiscopi Anniuersario die immediatè sequenti post commemorationem omnium fidelium defunctorum; In omnibus Ecclesijs Collegiatis, & Parochialibus pro animabus omnium Archiepiscoporum, Dignitatum, Canonicorum, & Presbyterorũ, qui eisdem viuentes inseruierunt pariter solemnes fiant exequiæ, quibus in casibus cunctos Sacerdotes publicas exequias priuato sacrificio concomitari in Domino monemus, & hortamur.

CAPVT DECIMVM.

SEpulcra nostra, vel nostri Vicarij Generalis haud intercedente licentia, non extruantur sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, si verò illa fuerint permissa, solo æquata fabricentur cum lapidis operculo ità compresso, vt malus exindè odor non exeat, & tunc ab Altaribus palmis ad minus quatuor sint remota.

CAPVT VNDECIMVM.

IMmemorabilem, & antiquissimam consuetudinem, secundum quàm Capitulum nostrę Metropolitanę Ecclesiæ associari cadauera ad Ecclesias Regularium,

ac intus easdem super cadauere defuncti Responsorium, Libera me Domine,&c. cum suis orationibus, & celebratione missarum canere comperimus, laudamus, approbamus,& cōfirmamus,prout alias rescripsit Sacra Congregatio Episcop. & sæpè sæpiùs, vt habetur in Synodo Lycieñ b.m. Aloysij Pappacodæ impressa Romæ *1669*. in Tit. de Funer. & Exequijs in Annotat. ad §. primum, vbi consimilem consuetudinem pro Capitulo Lycieñ enunciat.

CAPVT DVODECIMVM.

ANtiquam pariter consuetudinem, cuius initium non est in memoria hominum,vt de interstitijs, & funeralibus omnibus,deducta Mēsæ Archiepiscopali Quarta, reliquæ partes pro rata, & æqualiter diuidantur inter nostrum Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ,& Regulares huius Ciuitatis in suo robore permansuram tenore præsentis decreti declaramus, & quatenus opus sit munimine firmamus,prout recēter Sac. Congreg. Conc. sub die *19*. Augusti *1673*. his pro inconcusso habitis quoad Quartam Arcæ Baulli etiam rescripsit, cuius rescripti tenor adducitur.

Bareñ Quartæ Funeralis Incontrouertibile existit in Metropolitana Barensi ex antiqua consuetudine, cuius memoria non extat in contrarium,vt de funeralibus,nempè Cultris, Inrorsticijs, armis,& alijs, quæ deferuntur circumcirca Cadauera ad Ecclesias Regularium prædictæ Ciuitatis,sepulturæ tradenda, detracta Quarta Mensæ Archiepiscopali,reliquæ partes pro rata,& æqualiter diuidantur inter Capitulum dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ,& Regulares, & in hoc partes non discrepant,sola quęstio agitatur,quia mos quidam

quidam fuit introductus, maximè post præteritæ luis tempus, quo præter arcam ligneam, in qua defuncti cadauer includitur, circumponatur altera arca nigro panno lucto nuncupato, seù holoserico inuoluta, vulgariter vocitata Baullo; quam in facti contingentijs Patres Dominicani, Minorum Obseruantium, aliarumque Religionum diuidere cum Capitulo prædictæ Ecclesiæ deducta Quarta Mensæ Archiepiscopali renuunt, illamque totis viribus retinent, repugnante Capitulo Metropolitanæ, quod sibi deberi ratam de eadem arca, tamquam occasione funeralium obueniente contendit, precipuè, cum Vniuersale in animarum curam in tota Ciuitate gerat, ex quo à die introductionis huiusmodi noui moris vsque adhuc semper contentio fuit inter Capitulum, & Regulares, Quarè ne in dies augeantur Iurgia, & ad maiora scandala euitanda, audito Archiepiscopo, & citatis Procuratoribus Generalibus Ordinum, supplicatur decerni

An arcæ, Baullo nuncupatæ, obuenientis Regularibus occasione funerum debeatur portio Ecclesiæ Metropolitanæ, vti Parochiali, prout reliquorum funeralium debetur?

Die 19. Augusti 1673. Sac. Congreg. EE. S.R.E. Card. Conc. Tridentini Interpretum, Vtraque parte informante, Respondit deberi.

Fr. V. Maria Vrsinus Card. S. Xisti Præfectus.

Loco ✠ sigilli.

Gratis etiam quoad scripturam.

S. Archiepiscopus Brancatius, Episc. Viterbieñ Sec.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Regulares suasione, vel coactione inducere aliquos ad sepeliẽdum in eorum Ecclesijs omnino

caueant, alias sepulturæ electio nulliter censeatur facta, vnde Ecclesiastici tàm sæculares, quàm Regulares recordentur Clement. cupientes §. sanè de Pœn. & c. Animarum periculis de sepultur. in 6. in quibus fuit statutum, ne directè, vel indirectè aut iuramento, vel alio quouis modo quis cogatur, vel inducatur ad eligendum in eorum Ecclesijs sepulturæ locum, vel iam electum commutandum sub pęnis, & censuris ibidem contentis, & inflictis; Electio verò sepulturæ per infirmum facta, quatenus ex illa decedat infirmitate, nulla sit, nisi de huiusmodi electione legitimè coram nobis constiterit.

TITVLVS VNDECIMVS.

DE PIIS DISPOSITIONIBVS.

CAPVT ANTECEDENS.

MEnte, corpore, & sensibus, dum quis pollet propriæ animæ saluti consulere, ac de rebus suis disponere ne prætermittat, vt ingrauescente morbo, sensibus, & ratione hebescentibus, recta animi acies obtenebrata quid bonum, quidue melius discernere nescia existat, intestatusque decedat, qui casus quatenus euenerit per Archipresbyteros, siuè Vicarios Foraneos statim nobis, vel nostro Vicario Generali notificetur, vt quæ iuris fuerint, exequi possimus, quod si Archipresbyterorum, vel Vicariorum negligentia id fuerit omissum, eosdem grauibus pęnis mulctabimus.

CAPVT SECVNDVM.

CVm in hac noſtra Ciuitate, & Diœceſi vigeat antiquiſſima,& ſatis laudabilis conſuetudo, vt pro decedentibus ab inteſtato noſtra Curia ad pias cauſas conficiat teſtamenta, illam approbamus, & confirmamus,ac inuiolabiliter obſeruari præcipimus, eo quod alias paſſim,& præcipuè à decreto Sac.Congreg. iuſſu Clement. PP. VIII. felic. recordat. comprobata fuit; vt habetur in praxi Archiepiſcopalis Neapolitanæ cap. 96. penes Genuenſ. & conſtat ex literis eiuſdem Sac. Congreg. ad Archiepiſcopum Salernitanum remiſſis,quas ideò inſeri curauimus, & ſunt

Illuſtre,e Reuerendiſſimo Monſignor come fratello. All'auiſo dato da V. S. à queſta Sacra Congregatione in materia dell'Ortatorie ſpedite da' Regij, acciò non ſi facci il teſtamento ad pias cauſas, per quelli che moiono ab inteſtato,conforme all'immemorabile conſuetudine,che ſi oſſerua coſtì; queſti Illuſtriſſimi miei Signori hanno ordinato di riſpondere,che defenda, e mantenga le ſue ragioni,& così lodeuole, e pia conſuetudine,e per ſuo agiuto ſi dà ordine al Nuntio di Napoli, che l'aſſiſta, la protegga, e facci quelli officij,che ſaranno neceſſarij per queſt'effetto, e Noſtro Signore la preſerui, di Roma 21. Marzo 1614. D.V.S. come fratello affettionatiſsimo, Il Cardinal Gallo.

Et in ſæculo præterito nimia altercatione exorta occaſione teſtamenti conditi per Epiſcopum S. Marci pro D.Hyppolito Sanſeuerino ab inteſtato demortuo cum eius hæredibus, per Regium Collaterale Conſ. tunc Regni clauum regente Excellentiſſimo D. Comite Mirandæ in literis hortatorialibus eidem Epiſco-

Episcopo directis, fuit hæc consuetudo pia, rationabilis,& laudabilis existimata, ac declarata cum præcisis verbis.

Li Sacri Canoni ammettono tali consuetudini, quatenus, quelle siano pie, rationabili, & laudabili, come à dire, quando vn particolare preuenuto dalla morte inopinata, non hà possuto far testamento, All'hora sarà laudabil consuetudine che il Vescouo possa far distribuire delli beni del morto alcuna giusta, e ragioneuole portione in opere pie, per beneficio dell'Anima del defonto; vt in dictis literis vltimo Maij 1588. ex hortat. 2. fol. 199.

CAPVT TERTIVM.

EPiscopi tamquam Sedis Apostolicæ Delegati vigore c. 3. & c. tua nos de testam. & ex decreto Sac. Conc. Trid. sess. 22. cap. 8. à die obitus testatoris exequendi legata pia, retinent onus, pro quorum executione mandamus Notarijs, & omnibus, & quibuscunque alijs ad legata,& alias pias dispositiones, siuè contractus scribendas, & scribendos rogatis, vt sequuto obitu Testatoris infra mensem sub pęna excommunicationis anathematis, absolutione nobis reseruata, de dispositionibus huiusmodi,& contractibus ad pias causas nobis, aut nostro Vicario Generali, vel locorum Archipresbyteris, & Curatis notitiam reddere teneantur in scriptis, vt socordie,& ingratitudini hæredum, substantia defunctorum vescentium prouidere possimus; si verò testamenta, in quibus legata continentur sint clausa, seù vt fertur in scriptis condita, teneantur Notarij, vel alij scientiam habentes capitulis, vel piorum locorum Gubernatoribus, & Administratoribus, in quorum commodum vergunt, id patefacere, vt debitis modis testamentum, de quo agitur, aperiri studeamus.

CA-

CAPVT QVARTVM.

TEstatores à voluntate testandi ad pias causas quoquomodo perterrere, ac operi tàm pio impedimentum esse, si quis præsumpserit, quilibet id temerè patrans scelus, excommunicationis sententiam eo ipso incurrat, à qua, non nisi præcedente satisfactione loci, seù partis læsæ, absolui minimè poterit.

CAPVT VLTIMVM.

CHristianæ pietatis non pauci reperiuntur obliti, qui satisfactione posthabita erga defunctum, cui recto iure sunt adstricti, non nisi stimulati adimplere recusant, quamobrem præcipimus omnibus, qui ex testamento, donatione, vel alia quauis de causa locis pijs aliquod relictum persoluere sint obligati, ad illius executionem infra sex mensium intercapedinem post tempus, quò id de iure exequi debebant, teneantur, alioquin excommunicationis mucrone ipso iure innodati remaneant.

TITVLVS DVODECIMVS.

DE PROCESSIONIBVS.

CAPVT PRIMVM.

INstitutio Processionum in Ecclesia Dei fuit vetustissima, & sanè saluberrima quippè quia, ingentes vtilitates, tùm spirituales, tùm sæculares Populo fideli illæ afferunt, quoties omni pietatis studio, deuotione, grauitate, & modestia, quibus conuenit, celebrentur,

tur, cum ad Diuinam Maiestatem nobis conciliãdam rectè sint institutæ; idcircò in Processionibus ea fieri vetamus, quæ irreuerentiæ, & risus speciem præbent, hinc actiones, seù repręsentationes quascunque ibidem fieri interdicimus, Instrumenta, musica cuiuscunque generis in Processionibus, prout & delationem Picturarum profanum aliquod præseferentium prohibemus, sub pęnis iudicij nostri infligendis, sed omnia in his fiant iuxta Ritus Romani præscriptam ordinationem.

CAPVT SECVNDVM.

SÆculares, quicunque sint, inter Clericos interiecti, & commixti, in Processionibus non incedant, sed eorum locum post Consoliditates, Regulares, & Clerum, iuxtà etiam antiquam consuetudinem hactenus seruatam, occupent.

CAPVT TERTIVM.

PRocessiones dum diriguntur, quisquis iuxtà eius gradus Dignitatis, & Ordinis prærogatiuam habeat locum, nihilque sit præposterum, vel indecorum, sed cuncta Christiana pietate componantur, ac omnes in sancto silentio, & decenti incessu comitentur, præcipuè Ecclesiastici cuiuscunque ordinis, & dignitatis, tàm intra, quàm extra Ecclesiam bini incedant, seruantes modestiam, & grauitatem, cauentes à confabulationibus, alias transgressores punctis viginti plectantur per Chori Præfectum qualibet vice transgressionis.

CAPVT QVARTVM.

PRoceſſiones nocturno tempore ſine facultate in ſcriptis à Nobis, vel noſtro Vicario Generali obtenta nuſquam celebrari præcipimus, ſed peragantur de die, & ita inchoentur, vt pulſatæ campanæ ſigno pro Salutatione Angelica Veſpertina, prorſus abſolutę, & completæ exiſtant, ſub pœna interdicti quoad Capitulum, Conſoliditates, & alias Vniuerſitates, & excommunicationis maioris quoad alias perſonas peculiares.

CAPVT QVINTVM.

NVllus Proceſſiones publicas, ſiuè ſolemnes ſine noſtra, vel noſtri Vicarij Generalis licentia indicere præſumat, ſub pœna Eccleſiaſtici interdicti, tàm Eccleſiæ à qua illa digreditur, quàm Eccleſiaſticorum, & perſonarum, quæ eidem interſunt.

CAPVT SEXTVM.

PRoceſſionis tempore neque mas, neque fęmina feneſtris inſideat, ſed proſequatur, aut ſaltem in atrio, aut intus domum genuflexus, & genuflexa Deum precetur.

CAPVT SEPTIMVM.

REgulares, & exempti quomodolibet, ac Congregationes Laicorum in eorum Eccleſijs, ſiuè Cōuentibus erectæ, ceſſante noſtra, & noſtri Capituli licentia Proceſſiones, non niſi intra eaſdem Eccleſias,

 & ip-

& ipsorum Conuentuum Claustra,& his non existentibus,per ambitum, videlicet propè muros ipsarum Ecclesiarum exeundo ab vna,& ingrediendo per aliã ex eis Ianuam, abeant, & id sub pęna interdicti quoad Ecclesias Regularium,& aliorum exemptorum, ac Congregationes; & excommunicationis quoad illorum Sodales in ijs interuenientes seruari præcipimus, vt pluries Sac. Rituum Congregatio declarauit, & signanter in vna Cremoneñ vt ex literis Eminentissimo D. Card. Campori Episcopo illius Ciuitatis anno 1635. conscriptis, ibi

Eminentissimo, e Reuerendissimo Signore mio Osser. Questi Eminentissimi miei Signori intendendo, che li Frati Carmelitani, & altri Regolari di Cotesta Città nel far le Processioni delle Compagnie del lor Ordine, non osseruano il Decreto generale fatto in tal proposito dalla Sacra Congregatione,che prohibisce à Regolari il far simili Processioni,se non dentro i limiti, & ambito delle loro Chiese: mi hanno ordinato di scriuere à Vostra Eminenza, che si compiaccia far osseruare onninamente il Decreto sudetto, sotto quelle pene che li narà espediente di prescriuergli, poiche l'Eminenze loro col mezzo della presente le ne danno tutta l'autorità necessaria,con che Io humilmente le bacio le mani, di Roma 3. Agosto 1635. di Vostra Em. Reu. Humiliss. & Affet. Seruitore. M. Card. Ginetti. A. Torniello Secret.

Et in altera Lycieñ 28. Aprilis 1640. quæ est Sacra Congregatio Rit.

Eminentissimi, e Reuerendissimi Signori. Perche li Regolari,ch'hanno li loro Monasterij, e Conuenti in Lecce per le loro diuotioni,e feste di loro Santi, ò in occasione d'Indulgenze,che vengono à loro Chiese, ò alias state concesse dalla Santa Sede Apostolica, vogliono far Processioni per tutta la Città sudetta contro quello che

altre volte questa Sacra Congregatione hà risoluto, supplica il moderno Vescouo di essa Città di Lecce l'Eminenze vostre di risoluere, e dichiarare, se à detti Regolari è lecito far dette Processioni extra Claustra.

Et anco li supplica risoluere se è lecito alli medemi Regolari d'esporre il Sãtissimo Sacramẽto nelle lor Chiese à lor libito, e per ogni causa senza licenza d'esso Ordinario, che il tutto, &c.

LYCIEN.

Sacra Rit. Congregatio iuxta alias respondit nullo modo licere Regularibus facere Processiones extra Claustra Monasteriorum, prout nec etiam licere ipsis Regularibus publicè exponere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sine expressa licentia Ordinariorum, & ita in vtroque casu seruari debere declarauit, die 28. Aprilis 1640.

P. Card. Crescentius.

Loco ✠ sigilli.

Iulius Cincius Secret.

CAPVT OCTAVVM.

CAmpanæ solemniter pulsentur armonico, & solemni sono ab initio Processionum quo Vniuersum Capitulum, & Clerus ab Ecclesia ad loca præfixa prodierint, quod idem præstetur cum ad Ecclesiam redierint.

CAPVT NONVM.

VIæ in Processionibus dirigendis, siuè exequijs defunctorum, designentur iuxtà morem, & consuetudinem nostræ Ecclesiæ per illius Archidiaconũ, quo absente, per Archipresbyterum, siuè Cantores, & sic deinceps per Canonicos ordine successiuo.

CAPVT DECIMVM.

PRocessiones Sacras aliquoties pro bono publico, & de mandato Nostro indici contingerit, tunc si nonnulli ex illis,qui de praxi,& de communi iure accedere tenentur, renuerint, non ignorent huiusmodi recusantes,& inobedientes, quibuscunque inhibitionibus,& alijs ipsorum exemptionibus, posse nos aduersus ipsos animaduertere ad præscriptum declarationis Sacræ Rit. Congregationis in vna Neapolitana die 24. Nouembris 1668.

CAPVT POSTREMVM.

PRohibemus,dum in Cęna Domini Sanctissimum Christi Corpus de more ad Sepulcrum fertur, extra Ecclesiam Processionem fieri, ità rescribente Sac. Congregatione super negotia Episcop. die sexta Augusti 1591. etiam hoc sit interdictum circa Ecclesiæ ambitum sub pęna interdicti.

PARS

PARS TERTIA.

TITVLVS PRIOR.

DE VITA.

ET HONESTATE CLERICORVM.

CAPVT ANTECEDENS.

SIC decet omninò Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes habere compositos, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsque omnibus rebus nihil, nisi graue moderatum, ac Religione plenum præseferant; Leuia enim delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem, nam si eos prauis, & corruptis moribus esse permittamus, quo pacto laicos de ipsorum vitijs redarguent, qui vno ab eis sermone conuinci possint, quod Clericos ipsis patiamur esse deteriores, qua etiam libertate laicos corripere poterunt Sacerdotes, cum tacitè ipsi respondeant eadem se admisisse, quæ corripiunt? nihil profectò existit, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quod eorum vita, & exemplum, qui se diuino manciparunt ministerio; ideoque pro vitæ emendatione, & morum correctione subscripta pro Ecclesiasticis capita promulganda curauimus.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

ECclesiastici omnes tàm in Sacris, quàm in Minoribus constituti quantumuis Beneficiati, siuè quacunque dignitate personata, & officio præfulgeant, exteriorem vestem nigri coloris, etiam quoad manicas vsque ad talos, ac semper præcinctam deferant ordini, & dignitati congruentem, nisi extra Ciuitatem, vel oppidum iter arrepturi sint, tunc enim contractiori veste (debita seruata modestia) vti queant; Tibialium color sit etiam niger, vel rosaceus, aut violaceus, prout etiam clericalem coronam adhibeant, & ita conspicuam, vt vniuscuiusque ordinis rationi congruat; non tamen luxuriantem comam nutriant, nullo modo cincinnos circa tempora, aut Barbam ad instar militum educent; & reliqua omnia, quæ extrinsecus apparent, ac vestitus interior, honestatem prædicent, sub pęna ducatorum decem in quolibet casu præmissorum, & singulis vicibus incurrenda, & alijs arbitratu nostro imponendis, imò Beneficiati, nisi Clericalem habitum, & tonsuram gestauerint, sciant se beneficijs priuandos secundum Summorum Pontificum Sanctiones; nominatim quoque sub antedictis pęnis prohibemus modernum abusum stæniolarum holosericarum, vt fertur, fectuccie, à manuum collo pendentium.

CAPVT TERTIVM.

SAcrorum Canonum dispositioni inhærendo, præcipimus, nè quicunque Clerici in quouis ordine, gradu, & dignitate constituti pila maiori, alearum, & taxillorum ludis, ac globis, qui malleis lignis impelluntur, maximè cum laicis, ludant; quos etiam spec-

tatores

tatores esse interdicimus; mandamus similiter, vt ij si à Comedijs, vanis spectaculis, seù repræsentationibus abstineant; nullo autem pacto personati incedant, Choreis, & saltationibus non intersint, à Commessationibus, minusque honestis conuiuijs, ebrietatibus, venationibus, ac alijs inhonestis caueant; Histriones, aut Mimos minimè agant, nec actores sint in Comedijs, vel in ipsis canere audeant; per Ciuitatem, & Terras Diœces. noctu non cantent, nec scurrilia alia peragant, anulos nisi in dignitate constituti non deferant; qui verò in præmissis delinquere compræhensus fuerit, triginta aureorum vsibus pijs, & vltra arbitrij nostri pęna mulctabitur; sicut decet ministros ministeriorum Dei, qui vlterius esse non debent rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, mimi, & voluptatum amatores, sed vitia abhorreant, & virtutes amplectantur, in vestitu, cultu, cæterisque actibus præferentes honestatem.

CAPVT QVARTVM.

NEmo ex Clericis, cuiuscunque ordinis, & dignitatis existat, arma, siuè offensiua, siuè defensiua deferre audeat, quod si quis cum eorum delatione depræhensus fuerit, præter armorum iacturam pro ipsorum qualitate grauiter punietur, pęnas in Edicto nostro desuper emanato adiectas innouando, quod perpetuò seruari mandamus, quò vero ad retentionem armorum in eodem Edicto prohibitorum in proprijs ædibus, incurrant contrauenientes pœnam ducatorum quinquaginta; excipimus tamen cultellos domestico vitæ vsui deseruientes.

CAPVT QVINTVM.

CAueant omninò à Concubinæ fęditatibus,prout à mulierum consortio,& familiaritate, maximè de quibus leuis quoque potest oriri suspicio; itaut nullo autem modo cum eis cohabitantes existant, exceptis tamen, Matre, Auia, Sorore, Amita, Matertera, Fratrum Vxoribus, & Fratrum, Sororumque filiabus; Ancillas verò non nisi bonæ famæ,& prouectæ ætatis ad minus quadragenarias domi retineant, si quis autem in concubinatu se contaminarit cum totius clericalis status dedecore,vel mulierem alioquin suspectam penes se retinere,& insimul cum eam habitare præsumpserit,etiam cum prætextu domestici ministerij, primò ducatis quinquaginta in pios vsus erogandis, deindè ab ordinibus, & beneficiorum administratione,& tertiò omnibus officijs, & beneficijs secundùm Sacrorum Canonum, & Conc. Tridentini dispositionem erit mulctandus;postremò si in impudicitiæ sordibus versari, & perseuerare ipsum non pudebit, per Censuras Ecclesiasticas,& carcerum punitionem,nostro arbitratu reuocabimus ad salutem; cæterum Ecclesiastici omnes adulteria, stupra, cæterasque venereas turpitudines adinstar pestis euitent, amatorias literas, cantilenas impudicas omninò aufugiant, alias,pęna nostro arbitrio seuerè plectentur.

CAPVT SEXTVM.

FIlij naturales Presbyterorum non cohabitēt cum ipsis sub pęna ducatorum centum pijs vsibus applicandorum,ex rationibus insinuatis,& adductis Vicario Apostolico Alerien per Sac. Congreg. Episc. anno 1653. in sequentibus literis. Reue-

Reuerendo Signore. Stimano questi Eminentissimi miei Signori, che sia stata opportuna allo stato, in che voi hauete trouato cotesta Chiesa, & i disordini passati, la prohibitione da voi fatta, che i figlioli naturali di cotesti Preti non cohabitino con essi loro, non meno per sradicare i mali habiti inuecchiati, che per restituire ne' Popoli la riuerenza verso gli Ecclesiastici, con tor loro da gl'occhi le memorie degli passati errori, nè con minor sodisfattione hanno sentito la circospettione, con la quale hauete proceduto all'esecutione di esso, particolarmente, circa le figlie femine, ve lo significo, e state sano. Roma 7. Febraro 1653. Al piacer vostro. M. Card. Ginetti. G. Arciuescouo di Patrasso.

CAPVT SEPTIMVM.

Mercaturas, & negotiationes illicitas nullus ex Clericis exerceat, nihil emat ad hoc, vt carius vendat, nec in vẽdendo, & emẽdo proxenetæ (quod vulgo dicitur senzale) officium adhibeat; Prædia, fructus, redditus, ac Vectigalia non conducat, nec directè, vel indirectè cum conductoribus participet sub pęna duc. quinquaginta exigẽda in casu cõtrauentionis circa præmissa; liceat tamen Clericis Ecclesiastica bona conducere, & per agricolas, & famulos colere, & nonnulla alia peragere, sic rescribente Sac. Congregatione Nuntio Neapolitano pro Episc. Telesino 15. Nouembris 1646. vt infra.

Cum Clerus Terræ Amorosij Telesinæ Diœces. Sac. Congregationi exposuisset tanta ægestate laborare, vt cum bonorum Patrimonialium, beneficiorumque quæ obtinent, fructibus decenter substentari nequeant, Illustrissimi eiusdem Sacræ Congregationis Patres Nuntio prædicto literas dari Iusserunt,

 quæ-

quatenus sinat, vt Clerus prædictus ipsiusque singu-
lares personæ Terras Ecclesiasticas dumtaxat condu-
cant, illasque mediantibus famulis colant; herbas ve-
rò, & pascua à quocunque ad effectum pascendi ani-
malia, quæ ad dictas Terras colendas, & impinguan-
das necessaria fuerint, prædictumque Clerum, aut
quemlibet illius, illorumque hæredes illicitæ nego-
tiationis prætextu non molestandos declarat; & eo-
dem die eidem pro Clero Pali, hoc modo v3. Clerus
Pali Bareñ Diœcesis illiusque singulares personæ præ-
textu negotiationis illicitæ, eo quia eorum bona Pa-
trimonialia, ac beneficiorum quæ obtinent, ex coli fa-
ciunt, animaliaque adhunc effectum necessaria emunt,
venduntque, per Nuncij Subcollectores molestari
exposuit. Quare Illustrissimi Sacræ Congregationis
Patres prædicto Nuntio iniunxerunt, vt prouideat,
ne Clerus prædictus, illius singulares personæ hac de
causa molestentur.

Et tandem emanauit Decretum Generale super
cultura bonorum Patrimonialium, seù beneficialium
Clericorum pro Clero Rubi 14. Maij 1632. tenoris
huiusmodi.

Sac. Congreg. S. R. E. Cardinalium negotijs,
& consultationibus Episcoporum, & Regularium præ-
posita sæpius declarauit licere Clericis Terras suas
patrimoniales, seù beneficiales per laicos colere, &
pro earum cultura boues, vaccas, & pecora, & pro eis
pascua necessaria emere, herbas, fructus, fruges, &c.
pro sua, suæque familiæ substentatione vendere, nec
propterea dummodò sine fraude egerint, illicitæ ne-
gotiationis prætextu à quouis molestari posse.

Et iterum 24. Augusti 1628. Sac. Congregatio
censuit Clericum, si tutelam legitimam susceperit, pos-
se de licentia Episcopi de bonis pupillorum iustè ne-

gotiari absque reatu illicitæ negotiationis, dummodò id agat absque ordinis dedecore, & non sordidè, & lucrum quod ex iusta negotiatione prouenit non in eius, sed in pupillorum tantum cedat vtilitatem.

CAPVT OCTAVVM.

MEdendi arte Ecclesiastici non vtantur, in famulatu laicorum etiam Principum non sint, Fœminarum præcursores, aut Asseclæ, se non præbeant; Mulieres etiam illustres ad legendum, scribendum, canendum, aut aliquod musicum instrumentum pulsandum, non instruant, nisi ob ætatem, & mores à nobis facultatem obtinuerint; Telonijs, & Sæcularibus Cancellarijs non assistant, nec tabellionatus officio fungantur; multò magis curam animarum exercentes, alioquin supradictis obtemperare renitentes pœna ducatorum quinquaginta, & alijs arbitrio nostro infligendis plectentur, Sac. Congregatione Episcop. pro vltimo casu ita rescribente Archiepiscopo Cusentino die 13. Maij 1647.

Hauendosi richiami alla Sacra Congregatione contro N. N. Rettore di S. Stefano di cotesta Diocese, che oltre l'esser di vita licentiosa, egli habbi à fatto abbandonata quella Cura numerosa di mille Anime, e si sia posto ad esercitare l'officio di Mastro d'Atti di cotesta Città con scandalo, e pregiuditio del Popolo: mentre patisce nell'amministratione de' Santissimi Sacramenti.

Questi, &c. m'hanno commesso di scriuere à V. S. che quanto prima se ne informi distintamente, e quando sia vero l'esposto proceda per giustitia, e non permetta che il Paroco si distraa in negotij secolareschi, & indecenti al suo grado: ma l'astringa à risedere, & assistere come è tenuto alli bisogni di sua Cura, e così faccia eseguire puntualmente, e Dio, &c.

CAPVT NONVM.

AB alienorum tutela, & negotiationibus caueant sub pęnis iudicij nostri, vetante vltra Sacros Canones Sacra Congregatione Episcoporum in vna Interameñ 13. Iulij 1646. sic rescribendo.

Affinche i Clerici, e Sacerdoti Secolari non siano distratti dal seruigio di Dio, e della Chiesa con occupationi di negotij temporali, & improprij, è stato risoluto, che à medemi non si permetta di riceuere le tutele d'altrui, ma solamente le legali, e con quelle limitationi, e forme, che in casi particolari da questa Sacra Congregatione è stato deciso: Onde dolendose con l'annesso memoriale Caterina Spada, che à Paolo Vrbano suo Nipote sia stato deputato per Tutore dal Vicario di V. S. D. Carlo Grumoli Sacerdote di costì, il quale sia anco dannoso all'amministratione: Questi &c. mi hanno ordinato di scriuerle che s'informi distintamente sopra l'esposto, e che quando il sudetto Grumoli non sia Tutor legitimo, li prohibisca d'ingerirsi nella tutela sudetta senza licenza della medema Sacra Congregatione, così li piacerà d'eseguire, rimandando all'EE. loro l'istesso memoriale con la sua informatione, e Dio la prosperi.

Pietatis causa, & nostra licentia accedente, indulgemus pro negotijs, & tutelis legitimis Consanguineorum, & miserabilium personarum, prout Sac. Congreg. instantiam Pauli de Nobilibus Archipresbyteri Bauri Diœcesis Vituleñ pro tutela Catherinæ, ex fratre neptis indulsit 15. Februarij 1647. sequitur rescriptum

Sacra Congregatio Oratori benignè indulsit, vt verificatis expositis coram Ordinario, & quod ipse vti proximior antedictæ pupillæ Tutor legitimus, & à

Iure

Iure datus existat, tutelam, & curam eiusdem Catherinæ suscipere, & gerere, atque omnia &c. vt in præcedenti decreto vsque ad verbum valeat, dummodò tamen idem Orator negotiationibus personis Ecclesiasticis interdictis nullatenus se immisceat, aut quidquid aliud à sua professione alienum ipsi permittatur.

CAPVT DECIMVM.

SI quis Sacerdos duas, vel plures Missas eadem die celebrare præsumpserit, præter casus à Iure permissos, eumdem pęnam triremium ad septennium, aliasuè arbitratu nostro infligendas incurrere decernimus, volumus, & præcipimus.

CAPVT VNDECIMVM.

POst secundam horam noctis sine legitima causa, & sine face Clerici non incedant, sub pœnis in Edicto desuper emanato inflictis, quod innouari mādamus, & alijs arbitrio imponendis.

CAPVT DVODECIMVM.

CLerici etiam primo Clericali caractere initiati, proprium habeant superpelliceum, alioquin, si post trium mensium intercapedinem à publicatione præsentis Synodi illud non comparauerint, pœnæ ducatorum trium rei existant, absque alia monitione, semper adhibeant superpelliceum in functionibus Ecclesiasticis, non tamen extra Ecclesiam, nisi in processionibus.

CA-

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

SAcerdotes omnes, saltem diebus Dominicis, & festiuis, & maioribus solemnitatibus Missæ sacrificium peragere non desint, prout Diaconi, & Subdiaconi, alijque inferioris ordinis qualibet tertia Dominica mensis, eorum peccata ad minus confiteantur, & Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento muniantur, cuius curam Præfectis Ecclesiarum iniungimus, aliàs prædictis monitis non obtemperantes, pęna carceris arbitraria plectentur.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

CLerici in minoribus constituti ad sæcularia vota pro libito redire volentes, nullo modo habitum, & Clericalem Tonsuram dimittant, nec Clericatui renuncient, nostra inobtenta facultate, & nisi antecedenter coram Nobis, vel nostro Vicario Generali facta renunciatione Clericatus, priuilegiorumque illius, cum restitutione bullarum, seù litterarum testimonialium primæ Tonsuræ, ac præuio iuramento, de habitu Clericali per ipsos, non reassumendo absque nostra licentia, præstito, sub pęna perditionis dictorum priuilegiorum in casu reassumptionis, aliàs renunciatio quæcumque sit irrita; ac nullum sortiatur effectum, tàm in iudicio, quàm extrà pro ipso Clerico, qui renunciatione ipsa non obstante, adhuc nostrę Curiæ subiacere intelligatur, prout etiam, qui habitum dimissum propria authoritate, vel de facto reassumere præsumpserit, opportunis non intercedentibus requisitis de peculiari ordine nostro conficiandis, ac decreto desuper interposito, iuxtà laudabilem hu-

huius Curiæ Archiepiscopalis consuetudinem, excommunicatione latæ sententiæ absolutione nobis reseruata se vinctum sentiat, & alijs arbitrio nostro.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

MAtrimonio copulatus habitu, & tonsura Clericali nullatenus vti audeat absque nostro decreto, & constito antecedenter inter alia, quod cum vnica, & virgine illud contraxerit, aliter pœnam anathematis contrauenien incurrat.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

CLerici in minoribus ordinibus constituti, ac seruitio Ecclesiæ mancipati ea pietate, & diligentia functiones obire teneantur, vt digni habeantur pro ascensu ad sacros Ordines, inseruiant igitur Ecclesiæ nedum diebus Dominicis, & festiuis, dum diuina celebrantur Officia, verum etiam in hebdomada ad præscriptum tabellæ ipsis assignata, sub pœna tareni vnius qualibet vice à contrafacientibus exigenda, & per magistrum Ecclesiæ in nostra Metropolitana Ecclesia, & in Diœcesi per eos, quorum interest, inseruientibus pro absentibus competenter persoluenda, reliquum asseruetur ad effectum vsibus pijs applicandi, crescente verò contumacia nobis deferatur pro opportuna prouisione.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

VEstes benedictas, & sacras, quæ ad alium vsum non sunt deputatæ, nisi pro sacrificio Missæ præcipuè Albam, Stolam, & Manipulum omnibus

Ec-

Ecclesiasticis interdicimus ne accõmodent cuicumque sæculari ad vsum profanum pro rappręsentationibus, vel Choręis, sub pęna ducatorum centum.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

A Diœcesi Bareñ sine nostra licentia in scriptis obtinenda Ecclesiastici, præcipuè Curati, & Canonici non discedant, sub pœna ducatorum decem, & alijs arbitratu nostro; nec cum licentia vltrà præscriptum terminum extra eas cõmorari audeant, sub eisdem pęnis, ita rescribente Sac. Congreg. in causa Terracinen. die 11. Februarij 1628. & in Monopolitana 16. Decembris eodem anno, ibi,

Dubitationibus Episcopi propositis, & maturè perpensis, ad primam, & secundam Sac. Congreg. respondit Episcopum potuisse edicere, ne Curati, Dignitates, & Canonici sine eius licentia abesse possint. Ad tertiam similiter posse Episcopum edicere nè extra Diœcesim absint sine illius licentia, quam tamen ipse absque rationabili causa denegare non debet. Ad quintam huiusmodi prohibitiones sub pœna pecuniaria esse permissas contra Parochos, & curam animarum habentes.

CAPVT DECIMVMNONVM.

IMpedientes executionem prouisionum Fori sæcularis, vel illius Officiales offendentes, siuè seruientes dicti Fori, incurrant pęnam ducatorum centum, & alijs nostri iudicij, hoc expresè vetante Sac. Congregatione Episcop. & Regular. Episcop. Melphiten. vsque ab anno 1578. 11. Martij, sic rescribente:

Haurà

Haurà V. S. buona cura, che le persone Ecclesiastiche non si opponghino alli Ministri del Magistrato Secolare, quando faranno l'officio loro contra persone laiche, ò beni loro; e s'ella haurà alcuno Clerico, che fallisca circa questo capo, lo castighi seueramente, per dar esempio à gli altri. Se quelli Clerici saranno colti dalli Ministri della giustitia secolare infraganti crimine, V. S. habbia per bene, che siano presi da essi; ma che tuttauia si conduchino nella Corte di Lei.

CAPVT VIGESIMVM.

ABusum, & corruptelam comparendi coram Iudice sæculari, ac quærelas ibidem porrigendi absque nostra, vel Vicarij Generalis in hac Ciuitate, & Diœcesi in scriptis concedenda licentia omninò tollimus, & interdicimus, etiam si quærelantes protestetur citrà pęnam sanguinis, & animo tantum recuperandi suum, sub pęna ducatorum quinquaginta, quam contrafacientes qualibet vice incurrere volumus, & statuimus, huiusmodiq; quęrelas porrectas nullius roboris, & momenti declaramus, ac irritamus, ac super eisdem ad vlteriora progredi inhibemus: Nemo etiam ex Ecclesiasticis cuiuscumque gradus, & conditionis examinari queat in Foro Sæculari; sub antedicta pęna, absque licentia Curiæ Archiepiscopalis, & tunc semper iuramentum examinandi deferatur in manibus alicuius Sacerdotis per nostram Curiam deputandi, aliàs depositio sit nulla; quæ licentia minimè concedatur in criminalibus ad offensam, sed ad defensam, prout de iure.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

NVllus ex Ecclesiasticis, quorum interest, nobis inconsultis, scripto attestetur de seruitio per quemcumque Clericum alicui Ecclesiæ, vt asseritur, præstito, nisi suscipiendi ordinis causa, sub pęna suspensionis latæ sententiæ.

CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.

CApitulis omnibus nostræ Dięcef. sub interdicti pęna, absque alia monitione ipso iure incurrendi, alijsque nostro arbitrio reseruatis præcipimus, & mandamus ad præscriptum formæ per D. Archiepiscopum Caracciolum in eius Synodo Diœcesana, & alias per nos, & nostros Prædecessores præfixæ, vt infra octauam Beatissimæ Virginis in Cęlum assumptæ, & vltra, singulis quibuscunque annis Metropolitanam Ecclesiam Baren, iuxta morem, & antiquissimam, & immemorabilem consuetudinem petant, ad exhibendum nobis, ac nostræ Ecclesiæ debitum, & consuetum obsequium, ac obedientiam.

TITVLVS SECVNDVS.

DE EXAMINATORIBVS, ET IVDICIBVS SYNODALIBVS.

CAPVT PRIMVM.

QVò doctrinæ, scientiarum, bonorum morum, & vitæ præditi requisitis, præcipuè ad Benefi-

cia Parochialia admittantur, exclusis penitus indignis, innixi constitutioni Sac. Conc. Trident. sess. 24. cap. 18. de Refor. decernimus, & præcipimus, vt in quocumque concursu Ecclesiarum Parochialium pernecesse fiat examen per nonnullos ex Examinatoribus Synodalibus, non minus pauciores tribus, qui tunc completo examine per suffragia secreta eorum proferant votum.

CAPVT SECVNDVM.

EXaminatores caueant, ne amore, odio, gratia, aut quouis alio colore, & causa; seù prçmio spontè oblato, seducti indignos approbare, aut dignos reijcere præsumant, præsertim promouendos ad Ecclesias Parochiales, super quibus eorum conscientiam districtè oneramus, alioquin tàm dantes, quàm recipientes, detestabile crimen Simoniæ incidere non ignorent.

CAPVT TERTIVM.

NOn permittatur Examinatoribus Synodalibus referre magis dignum ex concurrentibus, cum hoc ad Nos, vel nobis absentibus, ad nostrum Vicarium Generalem iudicare pertineat. Poterit tamen Episcopus volens ab Examinatoribus Synodalibus pro instructione eius conscientiæ exposcere, vt renuncient ipsi magis dignum, quorum tamen iudicium minimè sequi tenetur.

CAPVT QVARTVM.

INter Examinatores Synodales nemo interueniat, qui ad huiusmodi munus in Diœcesana Synodo

non fuerit electus, alias concursus Ecclesiarum Parochialium nullius erit momenti, vti contra formam à Concilio Tridentino præscriptam, & Collatio vigore Constitutionis Pij V. ad S. Sedem Apostolicam erit deuoluta, dummodò interuentus aliorum non Examinatorum non foret tantum materialis, illique haud darent votum decisiuum, quia tunc non vitiaretur concursus.

CAPVT QVINTVM.

IN Ecclesijs Collegiatis, siuè in illis casibus in quibus non requiritur concursus, licet quoad Dignitates Curatas, & Beneficia Parochialia cesset examen per concursum, non tamen cessare debet priuatum coram tribus saltem Examinatoribus Synodalibus, secundum dispositionem Sac. Canones, & declarationem Sac. Congreg.

CAPVT SEXTVM.

IVdices, quibus à sancta Sede Apostolica, vel eiusdem Legatis erunt causæ delegandæ, iuxtà dispositionem Sac. Conc. Trident. sess. 25. cap. 10. de Refor. sint omninò in dignitate Ecclesiastica constituti, aut Personatum obtinentes, seù Ecclesiarum Cathedralium Canonici, prout in hac Synodo fuerunt electi, ac deputati, non minus quatuor, imò plures, cum poterint eligi per Regulares in eorum Conseruatores, vigore Constitutionis Greg. XV. de Conseruatoribus editæ anno 1621. Si verò aliquem ipsorum fortè contingerit non esse Doctorem, detur eidem Assessor. Poterit tamen deputari in Iudices Synodales Prothonotarius Apostolicus, aut Vicarius Generalis, non tamen Foraneus.

CAPVT SEPTIMVM.

CAnonici Collegiatarum Ecclesiarum, etiam insignium, alioquin Doctores deputari nequeunt in Iudices Synodales, etiam si nullus Doctor reperiretur, nec aptior in Capitulo Cathedralis, & inter obtinentes Dignitates, resistente decreto Sac. Congreg. Concilij cum alijs deductis per Gauan. in prax. Synodi Diœc. par. 1. cap. 32. §. 9. in annotat. num. 2. Sperel. dec. 167. per tot. par. 2.

TITVLVS TERTIVS.

DE CAPITVLIS, ET COMITIIS CAPITVLARIBVS.

CAPVT PRIMVM.

INdemnitati mensæ Capitularis, ac validitati actorum, quæ fiunt in Capitulis vt consulere valeamus, ad sequentes declarationes deuenimus, quas per Canonicos, Dignitates, aliosque de Gremio sub pœna nullitatis actorum, & alijs Ordinario pro tempore reseruatis obseruandas fore volumus, & mandamus.

CAPVT SECVNDVM.

ANte Comitiorum Capitularium in quocunque actu celebrationem per diem ante affigatur cartella, seù cedula conuocationis Capituli cum expressione generali tractandorum in ijsdem Comitijs, quæ fiat à Cancellario Capituli in nostra Ecclesia Metropolitana de mãdato tamen, & consensu Archidiaconi,

vt eſt in vſu,& ex praxi,& conſuetudine hactenus obſeruatis,in Diœceſi de cōſenſu Archipresbyterorum, ſiuè Curatorum ſub pęna inualiditatis, & nullitatis actorum abſque alia declaratione,ſeù Iudicis decreto, & alijs pęnis iudicio noſtro aduerſus contrauenientes infligendis.

CAPVT TERTIVM.

IN initio cuiuslibet Congregationis Capitularis inchoetur, & recitetur per Archidiaconum noſtræ Eccleſiæ Hymnus: *Veni Creator Spiritus*, cum oratione Spiritus Sancti, & in fine recitetur in Eccleſia Metropolitana Antiphona cum oratione Beatiſſimæ Virginis in Cęlum Aſſumptæ Titularis, vel pro gratiarum actione; in reliquis verò Eccleſijs Collegiatis, vel Parochialibus, & oratio dicatur de Patrono cuiusuis Eccleſiæ, & recitetur per Archipresbyteros illarum.

CAPVT QVARTVM.

NEgotia dum in conſultatione, vel in deliberando proponuntur per Capituli Præfectum, quilibet ſedeat ſuo loco,& iuxtà gradus prærogatiuam, & ſecundum Decanìam, modeſtè, abſque iurgijs, & altercatione ſuam proferat ſententìam; quod ſi quis contumelijs aliquem affecerit,ſecundum culpæ qualitatem arbitrij noſtri meritas luet pęnas præter illam, quam imponere poterit ad euitandas rixas,& controuerſias,qui tunc Capitulo præerit.

***

CAPVT QVINTVM.

Libertatem cuilibet Capitulari, vt conseruemus in casibus,& grauioribus negotijs, suffragia secreta recipi mandamus, vt Sac. Congreg. rescripsit in vna

Iuuenaceñ 18.Maij 1635. Sacra Congregatio negotijs, & consultationibus Episcop.&. Regul. prępo-sita censuit, in casibus,& grauioribus negotijs Capitula fieri debere per secreta suffragia, vt quisque valeat animi sui proferre sententiam.

Et ita Nobis anno 1668. in vna Bareñ rescripsit Sacra Congregatio Episcoporum, prout sequitur.

Foris. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignor come Fratello l'Arciuescouo di Bari*:

Intus. *Illustre, e Reueredifs. Monsignor come fratello. Essendo stato rappresentato per parte di Vito Luca Santo Nicandro, & altri Sacerdoti del Capitolo di Modugno di cotesta Diocesi, che nell'occasioni di porre à partito alcuna cosa spettante al seruitio della Chiesa, e del Capitolo medesimo si diano publicamente i voti, per lo che può ben spesso nascere trà Capitolari molta emulatione, e risse; Onde hauendo supplicato d'opportuna prouisione; Questi Eminentissimi miei Signori m'hanno comandato di scriuer à V. S. che mentre sia vero l'esposto ordini che in auuenire si diano li voti secretamente, conforme dispongono intorno à ciò i Decreti di questa Sacra Congregatione. Glielo significo, e Dio la prosperi. Roma 23. Nouembre 1668. Di V. S. come fratello affettionatisſimo M. Cardinal Ginetti. C. de V. Arciuescouo d'Atene. Bari all'Arciuescouo.*

✻

CAPVT SEXTVM.

IN Conclusionibus Capitularibus nihil executioni demandetur, nisi totius, vel maioris partis Capituli accedente consensu, in æqualibus suffragijs rei propositæ à superiore expectetur decisio, singula Capituli decreta per Cancellarium, vel alterum deputatum in libro describantur, de tempore celebrationis Capituli sub pęna vnius ducati nemo discedat facultate à Præfecto, tunc temporis non obtenta.

CAPVT SEPTIMVM.

MOniti per affixionem cartellæ pro celebratione Capituli, si ad illud accedere prætermiserint dummodò existerint hesterna die in Choro pęna viginti punctorum mulctentur, qui verò in Ecclesia reperiuntur post sonum campanulæ pulsari solitæ in principio Capituli omnes conueniant sub pęna carolenorum decem, quas exequentur gradatim Dignitates, vel qui tunc Præfectus Capituli extiterit, ad effectum applicandi interessentibus in Congregatione Capitulari, crescente verò contumacia nobis delatio fiat, vt augeatur pęna.

CAPVT OCTAVVM.

MAior Capituli qui est Archidiaconus nostræ Ecclesiæ, & Archipresbyter, siuè Parochus in Diœcesi conuocare illud potest quandocunque sibi videbitur expedire pro seruitio Ecclesię, neque debet omittere quando per Canonicos instatur, vt conuocetur iuxta mentem Sacræ Congregationis.

CAPVT NONVM.

ASsumendi, & eligendi ad aliquod munus per Capitulum, illud acceptare non detractent, nisi legitima præpediente causa, secretis tamen suffragijs à Capitulo approbanda, si secus attentarint arbitrij nostri pęnis supponentur, si verò quis se grauatum senserit nostrum adeat Tribunal, grauaminis causam expositurus.

CAPVT DECIMVM.

PRocurator Capituli recipiat Epistolas Capitulomet transmissas, quas consignet, iuxta morem, Archidiacono, vel ipso absente, alteri Chori Præfecto tunc temporis, qui aperiat, illisque respondeatur iuxtà vota maioris partis Capituli, nisi pariter adsit deputatus facultatem respondendi assecutus, nec secus fiat sub pęna falsi.

TITVLVS QVARTVS.

DE LVDI MAGISTRIS.

CAPVT ANTECEDENS.

NOn immeritò Sacrosancta Tridentina Synodus adolescentium ætatem piè, ac religiosè instruēdam præcipit, quippè quia virtutum fructus tales solent prouecta ætate maturescere, qualis fuerit à teneris annis ad pietatem, religionemque cultura Magistrorum adhibita.

CAPVT SECVNDVM.

NVllus ergo in Ciuitate, & Diœcesi nostra publicè, vel priuatim docere præsumat Grammaticam, Rethoricam, seù humaniores literas, scholas aperiendo, facultate à nobis, vel à nostro Vicario Generali in scriptis inobtenta, & tunc constito de pietate, modestia, ac bonis moribus magistrorum, ac professione Fidei emissa, vt in sua sede est cautum, præcipientes nostris Vicarijs Foraneis per Diœcesim, nostroque Promotori Fiscali per Ciuitatem, vt ad hoc inuigilent, sub pęna priuationis officij.

CAPVT TERTIVM.

SCholarum Magistri, ne dum in Grammatica, & in humanis litteris, sed quoque bonis moribus, & salutaribus præceptis pueros imbuere debent, libros vetitos, obscænaque, vel turpia continentes, nec interprętentur, nec à pueris, vel adolescentibus legi patiantur.

CAPVT QVARTVM.

SAcra imago in patentiori Gymnasij loco conspectui omnium exponatur, ibique in principio, & fine scholæ breuis recitetur oratio flexis genibus, doceantque Magistri suos alumnos, siuè scholares fidei articulos, & singulis Sabbatis, vt memoriter Doctrinam Christianam pronuncient, quotidie rei sacræ discipulos curent interesse, hortentur, imò cogant alumnos ad sacras Missas, Diuina Officia, & ad Conciones audiendas, & præcipuè vt illi singulis saltem

mensi-

mensibus sacramentali confessione à noxijs se expurgent.

TITVLVS QVINTVS.

DE QVÆSTORIBVS.

CAPVT PRIMVM.

COmperimus pluries, nedum viros, sed etiam infimæ conditionis, & parum honestas mulieres in hac Ciuitate, & Diœcesi non sine scandalo eleemosynas publicè petijsse; idcircò vt nomen, & vsum quæstorum penitus aboleamus, iuxtà iniuncta per Sacr. Concil. Trident. sess. 21. cap. 9. de Reformat. præcipimus sub pœna excommunicationis, & alijs arbitrio nostro iniungendis, nè aliquis pro quacumque causa, nisi per nos recognoscenda, siuè recognita quæritare audeat, & à nobis, vel à nostro Vicario Generali non habita licentia in scriptis.

CAPVT SECVNDVM.

SI quis autem petendi eleemosynas à nostra Curia facultatem obtinuerit, huiusmodi licentia semper intelligatur cum subscriptis conditionibus à Sac. Congreg. Conc. Archiepiscopo Ianuensi præscriptis; alias non admittantur per Rectores Ecclesiarum in eorum Parochijs, videlicet.

1. Vt eleemosynas quærentes sint personæ bonæ existimationis, sintque approbati iudicio Ordinarij.
2. Non sint participantes eleemosynarum.
3. Non habeant vllo modo nomen quæstorum, sed

sed Collectorum eleemosynarum.

4. Nec vllas indulgentias diuulgent, nec concionentur.

5. Nec sua Priuilegia, aut sacras Reliquias circumferant.

6. Nec imprecationibus, aut minis à fidelibus eleemosynas expetant, aut extorqueant.

7. Nec Campanulas, aut alia Instrumenta deferant.

8. Nec quidquam tanquam debitum, & vsitatum petant.

9. Nec vllo artificio, aut specie commemorandæ orationis alicuius Sancti, aut alio peruerso more vtantur, sed vt simpliciter, ac modestè illas petant, & in pij loci vtilitatem transportent.

CAPVT TERTIVM.

SI verò quis à Sancta Sede Apostolica quæstum faciendi habuerit indultum, eleemosynas nullo pacto exposcere audeat, donec diploma Apostolicum per nos fuerit diligenter examinatum.

CAPVT QVARTVM.

REgularibus quamuis exemptis, nè liceat ius petendi eleemosynam locare, vetante alias Sac. Congregatione Conc. ac proindè, vt in illis quærendis omnis auaritiæ quæstus eliminetur, sub pœna anathematis præcipimus nè Collectores eleemosynarum vllo pacto audeant ipsas etiam pro Ecclesijs, vel locis pijs sine nostræ Curiæ licentia colligere, quæ in concessione clausulam, dummodò eleemosynarum con-

conductores non sint, ad limitatum tempus apponat.

CAPVT QVINTVM.

CAueant Regulares alienæ Diœcesis in hac Ciuitate, & Diœcesis Bareñ eleemosynas quærere, nisi nobis, vel nostro Vicario Generali ostensa licentia suorum Superiorum, & quæritandi facultate obtenta, sub pœnis arbitrio nostro reseruatis, vt alias censuit Sac. Congreg. Conc. his verbis;

Sacra Congregatio Concilij interpretum censuit Fratres Ordinum Mendicantium, nequaquam posse ab Episcopis prohiberi, quominus per se ipsos in Diœcesibus, vbi habent Conuentus, eleemosynas quærant, sed tantum si extra loca, vbi Monasteria existunt, quæritare voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere, hanc resolutionem Sac. Congreg. adducunt Barbos. de potest. Episcopi allegat. 109. num. 10. & Sperell. decis. 38. nu. 27.

CAPVT SEXTVM.

HAbitu cuiusuis coloris, aut formæ Eremiticō nullus induatur approbatis Religionibus tantummodò exceptis, ideòque non admittantur, præcipuè exteri sic induti per Ciuitatem, vel Diœcesim ad mendicandum, nisi prius coram nobis se præsentent, sub pena nostro arbitrio irroganda.

✠✠✠

TITVLVS SEXTVS.

DE VICARIIS FORANEIS.

CAPVT PRIMVM.

CVm industria, & solertia horum, opus sit in nostra Dięcesi, ideòque Vicarijs Foraneis vices nostras obeuntibus ab Ecclesiasticis illius honos, ac obedientia exhibeatur; curent igitur ipsi nostræ Curiæ seruitium summo studio exequi; nemini autem proprios terminos iurisdictionis præscriptæ transilire liceat, sed facultates in literis patentibus tantummodò concessæ, & non vltrà ab vnoquoque adhibeātur, sub pęna nullitatis actorum, alijsque arbitrio.

CAPVT SECVNDVM.

CAusas ciuiles ducatorum trium quantitatem excedentes nullo modo cognoscant, nec habilitationes à iuramento concedant, aliàs si secus, ex defectu iurisdictionis quidquid fuerit desuper attentatum sit nullum, & irritum; pro causis ciuilibus infra summam ducatorum trium oretenus, & sine scriptis procedant.

CAPVT TERTIVM.

DE vita, & moribus Ecclesiasticorum, seruitio Ecclesiæ, cæterisque curam animarum gerentibus diligenter inquirere curent, & de defectibus nos certiores reddant, prout an ordinata in Visitationibus

obser-

obferuentur, & an Parochi habeant libros, quos pro curæ gubernio retinere debent,& folent.

CAPVT QVARTVM.

INcerto Authore multoties grauia delicta patrari contingit, & longa poſt tempora detegitur delinquentem fuiſſe Eccleſiaſticum, & tunc ob facti antiquitatem de corpore delicti non conſtare, ideò reos non poſſe puniri pluries compertum fuit, huic malo, vt occurramus, præcipimus, vt patratis huiuſmodi delictis ipſi Vicarij informationem de illo delicto in genere capiant, noſtroque Tribunali tranſmittant, ad finem habita notitia tractu temporis de delicto commiſſo per Eccleſiaſticum valeat faciliùs proceſſus impinguari ſuper delicto in ſpecie.

CAPVT QVINTVM.

INuigilent in capiendis informationibus de omniũ Eccleſiaſticorum exceſſibus, & delictis, ſiuè quomodolibet ſeruitium noſtri Tribunalis tangentibus, illaſque infra triduum, ſeù quàm citiùs capere non differant, ac infra alios dies tres ad ſummum ad nos remittant; negligentes verò infra ſtatutum tempus huiuſmodi tranſmiſſionem, & informationis capturam ex officio, ſiuè ad partis inſtantiam, vel qui captas informationes in totum, vel in partem mutarint, occuparint, lacerarint, mutilarint, vel teſtium depoſitiones aliter quam dictas deſcripſerint, pęnam falſi ipſo facto incurrant, & grauiter à nobis punientur, quod idem dicimus de eorum Actuarijs, etiam aſſumptis.

CAPVT SEXTVM.

QVamuis Vicarij Foranei in commissis vniuersaliter habeant facultatem recipiendi obligationes penes acta, illas tamen incusare, & literas executoriales relaxare nullo modo eisdem liceat, nec permittimus, sed pro his actis partes nostrum adeant Tribunal; obligationes autem infra summam carolenorum triginta liberum sit ipsis Vicarijs oretenus, & sine alicuius mercedis solutione exequi realiter tantum, non autem personaliter, nobis, & nostro Vicario Generali inconsultis.

CAPVT SEPTIMVM.

SI quæ grauamina, aliaque onera cōtra Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum dispositionem Ecclesijs, siuè Ecclesiasticis inferre quis ausus fuerit, nos illicò de huiusmodi attentatis admoneant, vt viriliter tutamini immunitatis, & libertatis Ecclesiæ consulere valeamus.

CAPVT OCTAVVM.

EVeniente casu, alicuius, qui decesserit ab intestato, immemorabilem Consuetudinem in hac nostra Diœcesi condendi testamenta ad pias causas, & animarum fauore interrumpi non sinant, sed de hoc nos, vel nostrum Vicarium Generalem certiores reddant, vt paterna caritate animæ defuncti consulatur.

CAPVT NONVM.

DEmum Vicarij inuigilent super Concubinarijs, super vita,& honestate Clericorum, Laicorum reformatione, circa obseruantiam Edictorum per nos emanatorum,& super his,quæ sparsim in hac Synodo disponuntur,studendo abusus,& corruptelas eradicare, super contrauentionibusinformationem capere, & ad nos transmittant,ità,& taliter,vt eorum desidiæ, & ignauiæ, vti in locum nostrum suffectorum adscribi aliquid nequeat; ac in casibus,& rebus dubijs nos, & Vicarium nostrum Generalem consulant, ad effectum oracula recipiendi.

TITVLVS SEPTIMVS.

DE REGVLARIBVS, ET EXEMPTIS.

CAPVT PRIVS.

REgularium Superiores subditos suos huc, & illuc euagari non permittant, studeant, vt illos ab illicitis deterreant,& nè vbi licentiosè, & scandalosè deliquerint, eosdem ad præscriptum Sac. Conc. Tridentini,& Constitutionis s.m. Clementis VIII. Exordient. suscepti muneris debitis pęnis coercere nõ prętermittant,pręcipuè nobis instantibus,aliàs ipsis Superioribus negligenter, seù remissè se gerentibus,nos iuxtà eiusdem Sac.Conc. Tridentini,& dictę Constitutionis Clem. VIII. dispositionem Regulares delinquentes commeritis pęnis plectemus.

CAPVT SECVNDVM.

ABstineant Regulares omnes iuxtà Sac. Congregationis decreta ab ingerendo ſe in quouis munere ad Parochos pertinente, & præcipuè à benedictionibus, alijsque huiuſmodi Eccleſiaſticis functionibus, quas Rituale Romanum curam animarum gerentibus demandauit, ſub pęna arbitrio noſtro irroroganda.

CAPVT TERTIVM.

REgulares non præſumant in eorum Eccleſijs quacumque ex cauſa feſta enunciare, aut ieiunia Populo, ſed hoc munus Curatis relinquant, iuxtà mandatum Sac. Congregationis reſcribentis Epiſcopo Burgi S. Dominici 15. Decembris 1603. cenſuras verò, & interdicta à nobis promulgãda in eorum Eccleſijs denuncient, atque ſeruent.

CAPVT QVARTVM.

ECcleſiaſtici Sæculares quocumque modò exempti, ſiuè Regulares cuiuſcumque Ordinis, etiam exempti intrà fines noſtræ Dięceſis habitantes in Ciuitate; non aliundè quam ab Eccleſia Cathedrali, ſiuè in Dięceſi ab Archipresbyteris, & Parochis locorum olea ſacra ſumant, quæ tantummodò conſtitutis in Sacro Ordine, & cum apocha receptionis conſignentur, alioquin contrafacientes per nos arbitrarijs plectentur pęnis.

CAPVT QVINTVM.

CAtenularum delationem, italicè dictarum *delli schiaui della Madre di Dio*, omnes, & singuli Christi fideles vtriusque sexus non adhibeant, neque distribuant, nam Sac. Congregatio Supremæ, & Vniuersalis Inquisitionis Catenularum huiusmodi vsum interdixit Regularibus sub pœna priuationis actiuæ, & passiuæ vocis ipso facto incurrendæ; cæteris verò Sæcularibus sub pœnis arbitrio nostro reseruatis, prout libellos, imagines, & numismata, ac proindè decretum desuper prolatum, cum alijs ibidem ordinatis ad eorum notitiam deducimus, & inconcussè seruari mādamus, sub pœnis ibidem inflictis, & est infrascripti tenoris:

Feria quarta die 5. Iulij 1673.

IN Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Conuentu Sāctæ Mariæ super Minerua, coram Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter Deputatis.

Cum nonnulli Regulares, & Sæculares varijs in locis instituerint Confraternitates mancipiorum Matris Dei, dictas Italicè *delli schiaui della Madre di Dio*, & catenulas distribuant Confratribus, & Consororibus brachijs, & collo circumponendas, atque gestandas, vt eo signo Beatissimæ Virgini se mancipatos esse profiteantur, imagines quoque, & numismata catenatos sodales exprimentia diuulgent, & libellos in qui-

bus eisdem Confraternitatibus Regulas præscribunt; vsum huiusmodi mancipatus, & meritum commendantes, Sacra Congregatio hunc abusum aliàs diuersis in locis specialibus edictis à se prohibitum considerans nonnullorum studio, & opera crescere magis in dies vniuersali Edicto abolendum esse decreuit, quare omnibus,& singulis Christi fidelibus vtriusque sexus, tàm Regularibus, quàm Sæcularibus supradictarum catenularum vsum districtè interdicit Regularibus quidem,sub pœna priuationis actiuæ, & passiuæ vocis ipso facto incurrendæ,cæteris verò sub pęnis grauibus suorum Ordinariorum arbitrio infligendis; Societates quocumque nomine appellentur, quarum institutum in eo mancipatu præcipuè versatur, damnat,& extinguit; illis verò Societatibus, quæ ritum aliquem, aut quomodocumque aliud ad mancipatum eiusmodi pertinens adhibuerint, præcipit, vt sub ijsdem pęnis id statim reijciant, libellos demum, imagines,numismata,quæ ante dicta sunt,damnat,vetàtque sub pęnis in Indice librorum prohibitorum latis in eos,qui libros vetitos retinent,aut diuulgant, vt nouus hic B.Virginis mancipatus omninò aboleatur, contrarijs quibuscumque non obstantibus.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Notarius.

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1673. die verò 15. mense Iulij indictione 4.Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris,& D.N.D.Clementis Diuina Prouidentia PP.X. anno eius quarto, supradictum Edictum,seù Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Vrbe,ac Palatij Sancti Officij eiusdem Vrbis per me Ioannem Antonium Bertarelli eiusdem Sanctissimi

Do-

Domini Nostri Papæ, ac Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

In Roma, nella Stampa della Reuerenda Camera Apostolica 1673.

CAPVT SEXTVM.

Regulares,& Exempti quicumque, Campanas in eorum Ecclesijs ante pulsationem Ecclesiæ Cathedralis, siuè Matricis die Sabbati Sancti pulsare non audeant,hoc interdicentibus Constitutione Leonis X. incip. Dum intra mentis arcana, anno Domini 1516. 22. in ordine in Bullar. tom.primo,& Ceremoniale Episcop.lib.2.cap.27.aliàs penam Constitutionismet Leonis Decimi, quæ est scutorum centum Cameræ incurrere sciant, prout & quoque carceribus mancipari possunt,præsertim Regulares, iuxtà literas per Sacram Congregationem Episcoporum Archiepiscopo Capuano descriptas,huius tenoris:

Il Priore, e Frati di Santa Maria sono stati rágioneuolmente posti in prigione per hauer il Sabbato santo sciolte le Campane auanti che ciò si fusse fatto nella Metropolitana di V.S. alla quale come Capo doueuano hauer rispetto, e parendo, che basti il risentimento fatto, alla riceuuta di questa li farà scarcerare, con farli vna buona monitione; auertisca però, che non paghino cosa alcuna per pena.

CAPVT SEPTIMVM.

Regulares in Monasterijs, & Conuentibus huius Ciuitatis, & Diœcesis commorantes, bini incedant deambulantes extra Conuentum,alioquin à seruientibus nostræ Curiæ Archiepiscopalis capiantur,

tur, & ad nos recto tramite ducantur, ad effectum eosdem ab eorum Superioribus mulctandos transmittendi.

CAPVT OCTAVVM.

SVper subiectione Conuentuum ob paruum numerum Religiosorum præstita Iurisdictioni, Visitationi, & correctioni Ordinarij loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, adest Constitutio fel. recor. Innocentij X. emanata die 10. Februarij 1654. Exordient. Vt in paruis Regularium Virorum Conuentibus, cum declarationibus exindè à Sac. Congregatione super statu Regularium editis, atque à s.m. Alexandro PP.VII. approbata, quæ pariter post Synodale opus adijcientur, & nunc ad memoriam Regularium pro illorum obseruantia reducuntur.

CAPVT NONVM.

CIrca vsum Pontificalium Prælatorum Episcopo inferiorum, tùm Sæculares, tùm Regulares illi obseruent decretum à Sacra Congregatione Rituum, habita coram s.m. Alexandro vii. incip. Sacrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis &c. emanatum, & post volumen præsentis Synodi inferendum, quod Nos tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, sub pœnis in eo contentis omninò debitæ executioni demandari vbi fortè non est hactenus demandatum, præcipimus, cum declaratione deinde subsecuta pro Congregatione Cassinentium, Exordient. Procurator Generalis Congregationis Cassinentium, similiter imprimenda post volumen.

CAPVT DECIMVM.

SVnt nonnulli Clerici, seù Presbyteri Seculares, qui obtinentes à D. Abbate Sancti Antonij Viennensis Literas patentes, seù Commissiones, in vim earumdem ab Ordinarij iurisdictione exemptionem sibi ipsis arrogant, vt nobis euenit, cumque exemptio prætensa sit indebita, vt in vna Neapolitana die 1. Decembris *1668.* Sacra Congregatio Conc. prouidit, ideòque præcipimus Ministris, & omnibus Officialibus nostris, vt huiusmodi exemptione non obstante procedant in posterum contra istos in causis, prout de Iure, tenor decreti orti in illa Neapolitana ad propositionem antedictæ, & aliarum dubitationum subsequitur infrascriptas dubitationes circa prætensas facultates, & iurisdictionem Abbatis Cõmendatarij Sancti Antonij Viennensis nuncupati, Ciuitatis Neapolis ab hac Sac. Congregatione definiri supplicauit Eminentissimus Archiepiscopus Neapolitanus:

An liceat dicto Abbati Dimissorias suis prætensis subditis sæcularibus concedere, itaut illas obtinentes, tàm minores, quàm sacros ordines suscipere, vel respectiuè in ordinibus susceptis ministrare licitè valeant?

Quatenus non liceat, an saltem ad effectus præmissos requirantur eiusdem Abbatis literæ testimoniales?

An Clerici, seù Presbyteri sæculares, qui obtinent ab eodem Abbate Literas patentes, seù Commissionales ipsarum literarum vigore ab Ordinarijs iurisdictione sint exempti?

Die 1. Decembris 1668. Sacra Congregatio

Emi-

Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Conc. Tridentini Interpretum, auditis ijs, quæ à præfato Abbate fuerunt per suas literas deducta, ad singulas præmissas dubitationes negatiuè respondit.

TITVLVS OCTAVVS.

DE MONIALIBVS.

CAPVT PRIMVM.

INter præcipua, quæ nostrum Pastorale munus premunt onera, nihil ponderosius existimatur, quam vt Sanctimonialium; quæ contemptis mundi illecebris diuinis se manciparunt obsequijs, perpetuò Virginitatis candor, iuxtà Sacrorum Canonum, Conciliorum generalium, & Apostolicarum Constitutionum dispositiones, Diuino Sponso illesus conseruetur, & cætera adimpleantur, quæ ad seruandum Clausuram, & disciplinę obseruantiam spectant, idcircò easdem in Domino monemus, & hortamur vt quibuscumque temporibus Deo promissa vota persoluant, ac peculiaribus cuiuscumque Monasterij statutis ex Regulis omninò pareant.

CAPVT SECVNDVM.

NEmini cuiusuis status, gradus, & conditionis existat, liceat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, cuius absolutionem Nobis reseruamus, accedere ad colloquendum cum Monialibus, alijsuè in Monasterijs, seù mulieribus in Conseruatorio existētibus ad illorum collocutoria, portas clausuræ, & loca confessionis, & communionis eorumdem

absque

absque nostra, vel nostri Vicarij Generalis in scriptis obtenta licentia, quod extendimus ad Monasteria quouis modo exempta, & ad quemcumque exemptum; nam ordinationes Episcopi circa accessum ad alloquendum Moniales, sunt seruandæ an Canonicis, licet exemptis, Sacra Congregatio Episcop. 1618. Lucca 19. Ianuarij; hinc Episcopi punire possunt quoscumque qui vadunt ad alloquendum Moniales suæ Ciuitatis, & Diœcesis, licet sint exteri, vel exempti, quia dum accedunt sine licentia, delinquunt in suo territorio, prout censuit Sacra Congregatio Episcop. in vna Tranen. 13. Iulij 1608. ad fauorem illius Archiepiscopi, contra Archiepiscopum Nazarenum, punire volētem suos Clericos propter accessum ad Monasteria Monialium Archiepiscopo Tranen subiectarum, imò huiusmodi ordinationes, & edicta exemptorum Superiores, etiam afficiunt, prout Sacra Congregatio Concilij Archiepiscopo Baren rescripsit vsque ab anno 1626. in his verbis:

Perillustris, ac Reuerendissime Domine. Nomine Ampliationis tuæ petitum fuit ab Illustrissimis Patribus Concilij Tridentini decreta interpretantibus, declarari, An Prior Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Nicolai Baren, quamuis Episcopus, possit pro tuitione Iurisdictionis Archiepiscopalis in casibus à Sacro Rotæ Romanæ auditorio resolutis, seruatis seruandis, excommunicari, & An eidem Priori permissum sit ad Monasteria Monialium istius Ciuitatis accedere absque Amplitudinis tuæ licentia, & absque eo, quod incurrat in censuras in Edicto desuper publicato, contentas?

Sacra Congregatio, licet censeret, Amplitudini tuæ licere D. Priorem Baren excommunicare auctori-

tate tua ordinaria, illumque Edicto contrauenientem pęnis in eo contentis subiacere, attamen tutius esse putauit, etiam S.D.N. annuente, vt Amplitudo tua, tanquàm Sedis Apostolicæ delegata contra dictum Priorem in casibus supra expressis, ad censuras, & pęnas respectiuè procedat. Hæc Amplitudini tuæ significare volui, vt sciat quomodò se gerere debeat, cui salutem, & prosperitatem à Domino precor. Romæ 20. Martij 1626. Amplitudinis tuæ perillustris, & Reuerendissimæ, vti frater studiosissimus Cosmus Cardinalis de Torres.

Facultas autem alloquēdi Moniales concessa, nusquam intelligatur indulta (exceptis Ministris Monasterij, & pro vsu Ecclesiæ) in locis Confessionis, & Communionis, neque in porta Clausuræ, & demum quoad parlatoria, & loca intus Ecclesiam existentia, dum Missæ Sacrificium peragitur.

CAPVT TERTIVM.

MVcrone primodictæ excommunicationis ipso iure incurrendæ ferimus, etiam nedum alloquentes Moniales, verum etiam Nouitias, Conuersas, vel Famulas in Monasterijs, etiam exemptis, & Regularibus subiectis, facultate ad hæc inobtenta, quam excommunicationem extendi volumus ad mittentes literas amatorias, & de rebus obscenis, ac pariter nuntia oretenus de rebus impudicis, & ad huiusmodi turpium mediatores, nuncios, & ad literarum prædicta continentium delatores, cuiuscumque status, sexus, & conditionis illi existant.

CAPVT QVARTVM.

INterdicimus,& districtè prohibemus tanquam Sedis Apostolicæ delegati quibuscumque Regularibus cuiusuis Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis,& Instituti, de quibus specialis quoque esset habenda mentio, ne absque legitima facultate à Nobis in casibus permissis concedenda, sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, nec non priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, accedere audeant ad colloquendum cum Monialibus etiam exemptis, ac Regularibus subiectis, aut alijs intra Clausurã in quocumque Monasterio huius Ciuitatis, & Diœcesis degentibus, etiam per breue tempus vsque ad quadrantem horæ, siuè per quodcumque modicum temporis spatium, vt recenter Sacra Congregatio Concilij, cum approbatione Sanctissimi tunc sanctæ mem. Clementis Papæ IX. die 11. Maij 1669. censuit, & mandauit, vt sequitur:

Declaratio Sac. Congregationis Concilij Tridentini à Sanctissimo D. N. Clemente Papa IX. approbata super accessu Regularium ad Monasteria Monialium.

Die 11. Maij 1669. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilij Tridentini interpretum habita notitia, quod nonnulli Regulares absque licentia crates Monasteriorum Monialium adire,& frequentare nõ dubitent, prætendentes non esse interdictum per breue tempus etiam vsque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas intra Clausurã existentes alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam affirment, dissemi-

nent,& forsan etiam scriptis euulgent,proprias grauiter illaqueantes conscientias, & scandala confouentes; ad huiusmodi perniciosos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, reijciens, ac damnans,declarauit Regulares cuiuscumque Ordinis,Militiæ,Societatis,Congregationis,& Instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda,qui ad Monasteria Monialium, quamuis ab Ordinarij Iurisdictione quomodolibet exempta, ac etiam ipsis Regularibus subiecta,vel aliàs speciali mentione digna,absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum Monialibus,aut alijs intra Clausuram degentibus, peccare mortaliter, eosque sub excommunicationis, priuationis vocis actiuæ,& passiuæ,alijsque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialiũ statutis pęnis posse ab Ordinario,tãquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri,& die 7. Iunij eiusdem anni facta relatione Sanctissimo D. N. Sanctitas sua præsentem declarationem approbauit,ac Typis dari, seruarique iussit.

Alias Regulares quoscumque contrafacientes pęnis huiusmodi coercebimus, vt rescripsit eadem Sac. Congregatio die 16. Nouembris eiusdem anni 1669. in vna Neapolitana, in qua declarauit punitionem Regularium in prędictæ declarationis transgressione depręhensorum ad Ordinarium spectare.

Et quod est aduertendum,cum ipsa Sac.Congregatio Concilij declarasset, quod Regulares,etiam cõtrauenientes peccarent mortaliter, prætendentibus nonnullis Moralibus cum eorũ subtilitatibus,ac idealibus argumentis id nõ subsistere, tenta super hoc peculiari disputatione in eadem S. C. Concil. sub die 1. Octob.1672.hæc opinio damnata fuit, atq; temeraria reputata.

CA-

CAPVT QVINTVM.

PVeri,& puellæ cuiusuis minimæ ætatis, etiam infra septennium non admittantur intra septa Monialium, sub pœna censurarum violatæ Clausuræ, vt sæpè sæpius rescripsit Sac. Cõgregatio Episcoporum, & præcipuè Archiepiscopo Brundusino, vt infra.

In risposta della lettera di V. S. de 23. del passato scritta intorno all'abuso d'introdurre senza la debita licenza nella Clausura de' Monasterij delle Monache di cotesta Città indifferentemente fanciulli, e fanciulle di cinque sin'à dieci anni, m'hanno questi Illustrissimi miei Signori ordinato di dirle, che assolua con penitenza salutare le Monache,& altre, che hanno introdotti fanciulli, ò fanciulle simili, ò vero dato licenza, ò in qualsiuoglia modo cooperato à simili introduttioni, delle censure incorse da loro per quest'effetto, e prohibirà sotto pene grauissime, che per l'auuenire non si permetta più simile abuso, auertendola ancora, che dourà assoluere ancora li fanciulli, ò fanciulle sopra sett'anni, che sono stati introdotti, che con la presente per ordine della medesima Sacra Congregatione se le dà tutta l'autorità necessaria per quest'effetto, e Dio la prosperi. Di Roma li 30. Marzo 1621. Di V. S. come fratello, il Cardinal Sauli.

Literæ sunt impressæ inter Constitutiones Synodales Brundusinæ sess. 4. tit. de Monialibus c. 5. Synod. 8.

CAPVT SEXTVM.

CLausuram Monasteriorum Sanctimonialium; siuè Conseruatoriorum huius Ciuitatis, & Diœcesis nulli Mulieri, etiam voluntate, & destinatione ibi habitum regularem suscipiendi absque licentia à

No-

Nobis, vel nostro Vicario Generali obtenta, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda ingredi permittatur; Moniales verò, etiam Nouitiæ, Conuersæ, seù famulæ, quæ ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint, pęnæ priuationis vocis actiuæ, & passiuæ per decennium, & respectu Abbatissæ priuationis ipso facto Abbatissatus subiaceant; quo verò ad Nouitias, & Conuersas, siuè famulas, pęnę carceris per annum, & eiectionis à Monasterio illæ subijciantur.

CAPVT SEPTIMVM.

VRgente necessitate cum Confessarius Monasterij Clausuram ingrediatur ad Sacramenta ministranda, recto tramite eat, ac redeat, nullum secum ducendo socium; In actu confessionis infirmę Monialis, illius cella pateat, itàut à Comitatricibus, & à quibusuis ambo inspici valeant.

CAPVT OCTAVVM.

LIcentiæ autem, quæ Medicis, Chirurgis, & Operarijs à Nobis concedentur, volumus, vt quolibet trimestri renouentur, aliàs contrauenientes censuras aduersus violantes Clausuram inflictas per Greg. XIII. incidere sciant, prout Sac. Congregatio rescripsit 13. Septembris 1583. quam licentiam à Nobis impertiendam esse declaramus, etiam in Monasterijs exemptis, & Regularibus subiectis.

✠✠✠

CAPVT NONVM.

SVperiores Regulares in Monasterijs Monialium eorum curæ,& regimini subiectis intra septa eorumdem Monasteriorum nullatenus ingredi audeant, nisi ex causa visitationis locorum, & hoc semel in anno,itàut eo anno,quo vnus Superior visitauit, alter à visitatione abstineat; Si vero ob clausuram à S.Conc. Tridentina Synodo, etiam in Monasterijs exemptis vigilantiæ Episcopi commissam, & ob aliam vrgentem, & necessariam causam opportuerit Superiorem Regularem pluries clausuram introire,tunc non aliter fiat ingressus,quàm cum præsentia nostra, vel alterius personæ Ecclesiasticæ sæcularis boni exempli,ac maturæ ætatis à Nobis specialiter deputandæ,sub pœnis inflictis in Constitut. Alexandri VII. incip. Fęlici sacrarum Virginum statui,edita anno 1664. super præmissis, & alijs ibidem contentis, quam post Synodum subijciendam,iuxtà eius seriem, continentiam, & tenorem seruari præcipimus.

CAPVT DECIMVM.

IN Visitatione Clausuræ Sanctimonialium Regularibus subiectarum; licebit Nobis ad illam deuenire absque Regularium interuentu, ipsisque inconsultis, à quibus hoc ius visitandi independenter pertinet, vt censuit Sacra Congregatio Concilij sæpè sæpius,& præcipuè cum hoc rescripto:

Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum,aliàs censuit licere Episcopo,quoties opus esse iudicauerit, Monasteria Monialium Regularibus subiectarum, quòad

clau-

Clausuram visitare, Monialesque ipsas in his, quæ ad Clausuram petinent, alloqui, & examini subijcere, absque Regularium interuentu, & ipsis inconsultis.
Fr. Cardinalis Verospius. Locus ✠ Sigilli.
Franciscus Paulutius S. C. C. Secret.

Prout rescripsit Sac. Cong. Episc. 1648. Folign. 10. Ianuarij.

CAPVT. VNDECIMVM.

PVella habitum Religionis susceptura, explorata prius eius voluntate in Ecclesia à Nobis, vel nostro Vicario Generali, siuè alio Delegato, etiam si Monasteria exempta, & Regularibus subiecta ingrediatur, non cooptetur inter Moniales, nec admissa intelligatur, nisi dimidiam partem Monialium Capitulariter congregatarum saltem suffragia excedant, iuxta decretum Sac. Congregationis anno 1603. quæ acceptatio ingressuræ fiat per Capitulum, votis tamen secretis, prout etiam & puella ad minus sit maior annis duodecim.

Imò hodie non inchoatur Nouitiatus ante decimumquintum annum expletum, cum Concilium prohibeat Nouitios posse teneri post annum, seù aliud probationis tempus, prout & professionem fore emittendam ante decimum sextum annum completum, vt in sess. 25. de Rugular. cap. 15. & 16. Vndè Sacra Congregatio Episcop. & Regular. die 23. Maij 1659. rescripsit Illustrissimo Nuncio Neapolitano in hæc verba:

Da quì in poi V. S. non permetta, che sotto qualsiuoglia pretesto le Zitelle prendano l'habito di Nouitie prima d'hauer compito li quindici anni d'età, affinche dopò l'anno della probatione, possano professare secondo che

che viene prescritto dall'istesso Concilio di Trento, e se prima vi entrarono con titolo di educande, le faccia rimanere sin'all'età sudetta nel loro habito regolare.

Vlteriùs habeat promptam pecuniam pro dote, & eleemosyna consueta per parentes, fratres, vel eos, ad quos spectat soluenda, quæ pecunia penes tutum Tertium fide, & facultatibus idoneum, non affinem, & consanguineum Monialium deponatur, ad hoc, vt post professionem statim in bonis stabilibus, vel censibus inuestiatur, iuxta repetita decreta Sac. Congregationis desuper edita.

Durante Nouitiatu alimenta præstentur à consanguineis, iuxta Monasterij consuetudinem; Nouitiæ verò decedenti, vel discedenti, non emissa professione, restituantur omnia, quæ secum attulit, deductis tamen alimentis, si non fuerint persoluta.

Nouitia ad habitum regularem admittenda minimè recipiatur, nisi per nostram Curiam, aut per Nos delegandum capiatur informatio, quod puella extet non corpore vitiata, nusquam fuerit, neque sit ab immundis spiritibus obsessa, nullo habituali morbo laboret, & optima valetudine potiatur, super quo etiam producatur iurata Medici attestatio, qui per annum saltem puellę constitutionem, & temperamentum nouit.

In omnibus Monasterijs fiat locus, & dormitorium Nouitiarum seorsum ab alijs, prout & infermamaria.

Et quia legere est de substantia Monialis, quæ Officium siuè in Choro, siuè extra recitare tenetur, ideòque illud ignorans non admittatur ad Chorum, neque ad professionem, iuxta decretum Sacræ Congregationis Concilij 12. Ianuarij 1604. pro Episcopo Agrigentino, & alterum Sacræ Congregationis

Episcoporum in Auellien 22. Februarij 1625. & demum in vna Interamnen. 11. Septembris 1626. *Commesse, che si douesse far proibitione espressa, sotto pena di nullità dell'atto alle Monache di non accettare Nouitia alcuna, che non sappi leggere*, idcircò vt occurratur præteritis abusibus, mandamus singulis quibuscumque Monialibus, vt puellam aliquam sub pœna irritationis, & nullitatis actus, non admittant ad professionem, nisi coram Nobis, vel nostro Vicario Generali in Ciuitate, vel per Nos deputando in Diœcesi eamdem bene legere, & Diuinum Officium recitare, ac rectè dicere fuerit compertum, & deniquè nisi coram Nobis, vel nostro Vicario Generali, siuè deputandis à Nobis, & ad Crates exterius existentibus nulla profiteatur.

CAPVT DVODECIMVM.

EDucationis causa Monasterium ingredi volentes, non admittantur absque licentia Sacræ Congregationis Episcoporum, & conditionibus ab eadem præscriptis verificatis, inter quas præcipuè, quod præstiterint priùs Ecclesiasticorum fideiussoriam cautionem de soluendo quolibet semestri anticipatè alimenta, & quod ad omne nostrum mandatum easdem recipient, quæ annum vigesimumquintum excedentes, amplius in Monasterio non commorentur, sed habitum Religionis vel suscipiant, vel ad suos remittantur: Volumus autem, vt educandæ ad minus septimum agant annum, alioquin Indultum obtineat Apostolicum, & aliàs seruentur omnia quæ Sacra Congregatio rescripsit Archiepiscopo Taurinen. 13. Septembris 1647.

Teresa d'Anglie asserendo di non si poter commodamente educare nella casa paterna, & hauendo supplicato la Sacra Congregatione d'esser perciò ammessa nel Monastero della Visitatione di cotesta Città, non ostante che sia minore dell'età prescritta all'Educande.

Questi &c. col beneplacito di N. S. sono benignamente condiscesi à dar facoltà à V. S. affinche hauendo l'Oratrice principiato l'anno sesto dell'età sua possa farla riceuere, purche nella medesima concorrino gli altri requisiti necessarij, & il Monastero sia solito tener Zitelle in educatione, venghi accettata dalle Monache Capitolarmente, e per voti segreti dentr'il numero prefisso, dia idonea sicurtà di pagar il solito alimento ogni semestre la rata anticipatamente stia, e pernotti frà l'Educande in luogo separato, e distinto dalle Monache, e si osseruino l'altre conditioni prescritte nelle licenze sopra di ciò stampate, glielo significo con la presente, e Dio &c.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

EDucanda, Nouitia, Monialis, & alia quęuis in Monasterio commorans, canes, & catulas habere non præsumant, sed à Clausura penitus eijciantur, sub pęna excommunicationis, vetante Sacra Congregatione in vna Mutinen. 3. Februarij 1597. ibi, *Ordinò, che non si possino tener cagnolini piccoli per vezzo ne' Monasterij di Monache.*

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

NVlli liceat Moniali dona, munera, pecuniam, aut aliud quidpiam etiam charitatis, pietatis, vel eleemosynæ nomine, siuè intuitu cuicumque personæ

elargiri, sed iusta,& rationabili causa concurrente, id à Præfecta Monasterij, & ex re communi fiat, præcipuè caueat,nè qua Monialis quidquam ex bonis Monasterij tribuat,vel donet, nec ex eis in vsum suum assignatis,nisi de licentia Abbatissæ, prout nec Moniales cibos coquant, aut parent, aut quæuis alia esculenta conficiant pro illis vendendis, vel elargiendis, nisi de licentia Abbatissæ,& de rebus modicæ impensæ,& in consanguineos tantum, cæterum obseruentur decreta in sancta Visitatione,& in Edictis emanata, & præsertim nullo modo exerceant mercimonium aliquod, vel quid huiusmodi, quod mercaturæ speciem redoleat,etiam sub excommunicationis pœna, tàm quò ad ipsas Moniales, quàm quò ad alios sæculares recipientes,vel tractantes.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

MOniales, quæ in Monasterijs aliquo munere funguntur, nihil,nisi de re, & pecunia Monasterij expendant,& pro Ecclesijs,vel Oratorijs aliquid commodati non accipiant, sed in proprio ornatu sibi satisfaciant, quem nec alijs commodare audeant.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

MOniales, Nouitiæ, prout & famulæ dormiant seiunctim in lecto suo, contrauenientes aliàs mulctabimus pœnis, prout iudicio nostro videbitur.

***

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

BAccanalium tempore, siuè quolibet alio recreationis, caueant Moniales quæcumque, Nouitiæ, Conuersæ, siuè famulæ incedere laruatæ, nec mimos exercere, siuè alios actus Scęnicos, sicut etiam vestes viriles deferre, aut sæculares, vel arma, aliàs à Nobis plectentur pęna carceris formalis per annum, id quod intelligimus etiam respectu Monasteriorum exemptorum, & Regularibus subiectorum.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

IN eodem Monasterio, vbi extant plures sorores germanæ, quarum vna præficitur, reliquæ sorores durante gubernio eiusdem, nullo officio fungi valeant.

CAPVT DECIMVMNONVM.

AD officia Moniales electæ earum munera sinè recusatione, & renitentia exequantur, aliàs à Nobis cogentur sub pęnis arbitrij nostri.

CAPVT VIGESIMVM.

MOniales, Nouitiæ, vel Educandæ, aut aliæ Mulieres intra Clausuram degentes, iuxta pluries edita decreta Sacræ Congregationis Episcop. & Regul. sonum, vel cantum figuratum à viris non ediscant, sub pęna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, ac veli per annum; ideòque tollantur instrumenta musica, ac proinde Musicę Magistri ad Crates ducturi eas-

dem

dem sonum, cantumque, præsertim figuratum, minimè accedant; aliàs excommunicationem ipso facto incurrant, si Laici fuerint, sin autem Ecclesiastici pœnam carceris formalis ad annum, & alias arbitrio nostro reseruatas: Toleramus tamen quod earum aliquæ ad breue tempus pro seruitio Chori, & aliarum instructione edoceantur cantum Gregorianum, seù, vt aiunt, firmum, à Magistro moribus, & ætate graui, Sacra Congregatio Episcoporum 1653. Parmæ 25. Aprilis, & 1655. Syracusis 16. Aprilis, facultate tamen prius à Nobis, vel à nostro Vicario Generali in scriptis obtenta.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

MInores annis quadraginta non eligantur Ianitrices, Comitatrices, Assistentes, & quibus Sacristæ cura demandatur; ipsæ enim sunt Curatrices, ac Tutelares Monasteriorum.

CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.

IN Sanctimonialium omnibus Monasterijs cibus, potus, & vestitus, & locus dormiendi singulis quibuscumque extet communis, ac etiam de communi victu inter easdem Moniales omninò seruetur decretum Sac. Concilij Tridentini sess. 25. de Regular. cap. 2. præcipuè in ea parte, qua cautum est, quod nulla Monialis propria bona possidere valeat, si quid tamen legatum Moniali sit relictum, vel aliquod elargitum, vel ex eius labore, aut industria partum, id Abbatissæ tribuatur, quæ huius Monialis necessitati priùs consulat, quod superest, ad vsum Monasterij applicet.

CA-

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

IN Synodo Prouinciali b.m. Archiepiscopi Iesualdi sub titulo de Monialibus cap. 8. cum illius recognitione, & approbatione habitis per Sac. Congregationem Concilij sub datum Romæ 15. Martij 1636. licet admittatur consecratio Monialium extra Clausuram in Ecclesia exteriori per hæc verba:

Pro ipsa verò consecratione eo mane aperiatur parua porta inter Clausuram, & Ecclesiam, quæ completa functione statim claudatur, consecranda tantùm ab ipsa Clausura egrediatur, & à deputatis Paranimphis, Matronis senioribus, earumque propinquis in limine eiusdem portæ recipiantur, & associentur.

Nihilominus Sac. Congregatio Episcop. & Regular. in vna Lycien anno 1644. hoc vetuit, & functionem dandi Velum Monialibus à Communionis loco, Consuetudine quacumque in contrarium non obstante, peragi mandauit modo, qui subsequitur.

Foris. *All'illustre, e molto Reuerendo Monsignore, come fratello il Vescouo di Lecce.* Intus. *Illustre, e molto Reuerendo come fratello. Hà più volte ordinato la Sagra Congregatione, che quando occorra dare il Velo alle Monache, si faccia funtione simile non altroue, che alla fenestrella della Communione, il medesimo eseguirà V.S. non ostante qualsiuoglia osseruanza in contrario per il passato, tale essendo la mente di questi Eminentissimi miei Signori, ch'io gli notifico con la presente, e Dio la prosperi. Roma 18. Nouembre 1644. Di V.S. come fratello M.Cardinal Ginetto, l'Arciuescouo di Patrasso Secretario.*

Pro obseruantia tamen supradicti decreti Prouincialis adest Consuetudo in hac Ciuitate, & Diœce-

si cum

si cum literis Sacræ Congregationis Episcoporum anno 1672. huiusmodi sub tenore.

Foris. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignor come fratello l'Arciuescouo di Bari.* Intus. *Illustre, e Reuerendissimo Monsignor come fratello. Mentre non possa commodamente, e decentemente farsi la Sacra al fenestrino della Communione ne' Monasterij di cotesta Diocesi, la Sagra Congregatione si contenta, che V. S. à quest'effetto solamente dia lor licenza di far aprire vna porta, che dalla Clausura della Sagrestia esca nella Chiesa esteriore, con che finita la funtione le Monache si ritirino dentro i soliti limiti della Clausura, e che incontinente si rimuri con pietre, e calce la detta porta. Il che mentre significo à V. S. le prego dal Signor Iddio ogni vera gratia. Roma 5. Agosto 1672. di V. S. come fratello affettionatissimo Francesco M. Cardinal Brancaccio. C. de Vecchis Arciuescouo d'Athena Secretario.*

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

NVlla sit Monialis, quæ cum aliquo Aduocato, Procuratore, Sollicitatore, Exactore, alioue negotiorum gestatore, quodcumque negotium, causam, vel litem pertractare audeat, nisi cum deputatis pro communibus negotijs, causis, & litibus Monasterij, & tunc de licentia Abbatissæ; sin autem contraueniens seuerè à Nobis mulctabitur.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

IN quibuscumque Monasterijs huius Ciuitatis, & Diœcesis arca constituatur, vbi hactenus non fuerit constituta, vt in illa pecunia præsertim communis, & proprietatis collocetur, quę tribus clauibus inter se

diuer-

diuersis clausa sit, quarum altera à Nobis, vel per Nos deputando; altera à Præfecta Monasterij; & tertia à Maiori discreta seruetur, nec vero capsa aperiatur, aut in ea reponi pecunia, aut inde auferri valeat, nisi interessentibus deputatis prædictis, de ea rationem redditures, vndè Nobis abusus abolentibus, & vsum trium clauium introducentibus, sic approbando rescripsit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium.

Foris. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello l'Arciuescouo di Bari.* Intus. *Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello. Hauendo la Sagra Congregatione inteso dalla lettera di V. S. l'abuso, che si ritroua in cotesti Monasterij circa li depositi delle doti, hanno l'Eminenze loro lodato, & approuato il decreto di V.S. in ordine, à che debba la Cassa delli predetti depositi esser serrata con trè chiaui, vna delle quali dourà conseruarsi da V.S. ò appresso persona approuata da lei; glielo significo, e Dio la prosperi. Roma 24. Febraro 1669. di V. S. come fratello affettionatissimo. M. Cardinal Ginetti. C. de Vecchis Arciuescouo d'Atena Secretario.*

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

INfirmitate haud obsistente Moniales omnes in communi Refectorio comedant, prout etiam communi loco in vnum laborent, iuxta decretum Sacræ Congregationis Concilij in Messanen. 1. Augusti 1603.

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.

NEc Abbatissa, nec Moniales contractum aliquem venditionis, permutationis, retrouenditionis,

alienationis, aut cuiuscumque nominis, præcipuè de bonis Monasterij conficere præsumant, nisi seruatis seruandis, secundum dispositiones Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, & cum nostra, vel nostri Tribunalis in scriptis licentia gratis, & cognito negotio concedenda, si secus attentarint, præter excommunicationem ad præscriptum Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, pęnis iudicij nostri mulctabuntur, & ex nunc contractus omnes aliter celebratos irritos, nullos, & inualidos declaramus, illique nullam fidem faciant tàm in Iudicio, quàm extra; ideòque Tabelliones pro conficiendis instrumentis tàm Monasteriorum, quàm particularium Monialium ad negotia spectantibus, non accedant ad dicta Monasteria sine enunciata facultate, ita disponentibus decretis Sacræ Congregationis, & prout aliàs in Synodalibus Constitutionibus prædecessorum Archiepiscoporum fuit sancitum, præsertim verò in Synodo Prouinciali b. m. Archiepiscopi Iesualdi sub titulo de Monialibus cap. 12. alioquin Notarios contrauenientes excommunicationis ipso facto incurrendæ sententia innodatos esse volumus, & præcipimus, etiam quod à Monialibus particularibus mandatum procuratorium per epistolam ad aliquid peragendum extorserint, id quod seruari pariter volumus pro Conseruatorijs huius Ciuitatis, & Diœcesis, & à mulieribus quibusuis ibidem existentibus, sub pęnis desuper enunciatis.

CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM.

Conuersæ nisi sint habitum regularem assumpturæ, & professionem emissuræ sub eisdem legibus, ac vita communi iuxta Constitutionem Gregor.

XIII. non recipiantur in Monasterium, & pro illis vero ibidem degentibus, & quæ iam annum probationis expleuerunt, secundum dispositionem Sacri Concilij Tridentini, vel profiteantur post mensem à die publicationis præsentium Constitutionum, vel illas expelli curabimus.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

MOnialibus pro electione Abbatissæ non conuenientibus, sed inter se discrepantibus, vt quampluries euenire solet, terminus competens eisdem assignabitur pro concordia, & canonica electione, & si nihilominus dissenserint, tunc à Nobis, vel à nostris Deputatis eligi poterit, quæ magis idonea iudicabitur, vt censuit Sacra Congregatio in vna Cremonen 12. Octob. 1592. & alibi penes de Magistris in sylu. Eccles. lib. 1. tit. 12. cap. 8. num. 91. tom. 1. Et Sacra Congregatio Episcop. in alijs casibus ita rescripsit.

Perusin. 12. Iunij 1621. Si Moniales non concordant in electione Abbatissæ, Congregatio scribit Ordinario, vt tres Moniales nominet magis idoneas, ex quibus vna possit eligi à Sacra Congregatione in Abbatissam, & idem confirmauit in

Isernia 4. Aprilis 1631. ex eo enim, quod Moniales non concordabant in electione Abbatissæ, scriptum fuit Episcopo, vt nominaret quatuor Moniales magis idoneas, ex quibus Congregatio vnam eligere posset.

CAPVT TRIGESIMVM.

PRorogatio termini Abbatissæ officio iam triennali functæ, vtpotè obsistentibus Constitutionibus

Apostolicis nequaquam concedi potest per Ordinarium, etiam sub nomine Vicariæ, vel Præsidentis, aut alio, prout rescripsit Sacra Congregatio Episcoporum in vna Andrien. 20. Februarij 1615. & alibi, vnde si contigerit præter Abbatissam, quæ iam proximè munus expleuerit, nullam ex Monialibus, vel ob ætatis, vel experientiæ defectum, aliam eligi non posse, vel ipsam ratione boni regiminis, vel ex alia iusta, ac rationabili causa exoptari, Sacra adeatur Cógregatio, quæ ad aliud Triennium, & multoties vltrá solet indulgere, duabus ex Monialium cætu, partibus per suffragia secreta concurrentibus, prout quotidiano experimento edocemur ex varijs rescriptis Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, & prçcipuè Nobis, & Prçdecessoribus nostris directis, quorum nonnulla adducuntur.

Foris. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignor come fratello l'Arciuescouo di Bari.* Intus. *Illustre, e Reuerendissimo Monsignor come fratello. Rappresentando le Monache di Santa Maria di Loreto di Valenzano in cotesta Diocesi, che per esser quel Monasterio fondato, non più che da sei anni in quà, e le stesse Monache tutte giouani non hauer li requisiti prescritti del Sag. Concilio di Trento per la carrica d'Abbadessa per euitare il dispendio, e gl'incommodi di procurare nuoua traslatione da altro Monasterio, han supplicato di poter rieliggere quella medesima, che hora tiene la detta Carrica trasferitaui già dalla Terra d'Acquauiua; E questi miei Signori Eminentissimi son benignamente condiscesi à dar facoltà, e rimetter all'arbitrio di V.S. il sodisfare al desiderio dell'Oratrici, purche ella giudichi esser ciò espediente per seruitio di Dio, e per il buon gouerno di quella Clausura, e la rielettione segua Capitolarmente, e per voti segreti fauoreuoli almeno delli due terzi delle vo-*

cali;

cali; glielo significo, e Dio la prosperi. Roma 24. Settembre 1660. Di V. S. come fratello affettionatissimo. M. Cardinal Ginetti. C. de Vecchi Vescouo di Chiaui, & Arciuescouo d'Atena Segretario.

Foris. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignore, come fratello l'Arciuescouo di Bari.* Intus. *Illustre, e Reuerendissimo Monsignore, come fratello. Suor Chiara del Crocefisso, e Suor Antonia della Croce già trasferite dal Monasterio delle Noci al nuouo Monasterio nella Terra di Cassano Diocesi di Bari per douerui dimorare, come Institutrici per lo spatio di sei anni, hanno fatto rappresentare à questa Sacra Congregatione, come s'auuicina il fine del sessennio, & insieme supplicano di poter'iui continuare per tutto il tempo della lor vita, tanto più che in detto Monastero non vi sono Monache atte per l'età ad esercitare le carriche d'Abbadessa, e Vicaria: Questi Eminentissimi miei Signori vdita sopra di ciò la relatione di V. S. sono benignamente condiscesi di rimetter all'arbitrio di Lei il concederne loro per trè anni solamente la licenza; glielo significo, e Dio la prosperi. Roma 27. Gennaro 1669. Di V. S. come fratello affettionatissimo. M. Cardinal Ginetti. C. de Vecchi Arciuescouo d'Atena Segretario.*

Eminentissimi, e Ruerendissimi Signori le Monache del Monastero di Santa Chiara della Città di Bari espongono all'EE.VV. come si trouano in tanta necessità, che per le presenti loro vrgenze, non vi è chi voglia accettare l'Abbadessato, desiderano per tanto, che sia rieletta Suor Giulia la Marra, nõ ostante che con licenza di questa Sagra Congregatione sia stata sei anni continui Abbadessa, qual'è pronta accettare detta carrica per l'affetto che porta al Monastero, e dette Monache supplicano perciò humilmente l'EE.VV. à degnarsi concederne la licenza necessaria, Deus &c.

Sacra

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S.R.E.Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita benignè commiſit Archiepiſcopo Barenſi, vt veris exiſtentibus narratis petitam facultatem pro ſuo arbitrio,& conſcientia Oratricibus impertiatur, ità tamen, vt Monialium ſaltem duarum ex tribus partibus Capitulariter,& per ſecreta ſuffragia conſenſus accedat. Romæ 9. Decembris 1672. Franciſcus Maria Cardinalis Brancaccius.
C. de Vecchi Archiepiſcop. Aten. Secret.

Et pendente impreſſione, ac integro expleto nouennio currenti anno 1676. vigore facultatis Sac. Congregationis fuit reelecta, & confirmata ſupradicta Soror Iulia la Marra ad aliud triennium immediatè ſuccedens in munere Abbatiſſæ, adeſt reſcriptum quodſubſequitur:

Eminentiſſimi,e Reuerendiſſimi Signori.

Le Monache del Monaſtero di Santa Chiara della Città di Bari eſpongono riuerentemente all'EE. VV. come è tanta la neceſſità, e penuria del loro Monaſtero,che in occaſione di tante vrgenze non vi è chi voglia applicare ad accettare la carrica dell'Abbadeſſato, il di cui officio eſſendo ſtato eſſercitato da Suor Giulia la Marra con total ſodisfattione dell'Oratrici, ed vtile del Monaſtero, di preſente è terminato con che viene à patire eſſo Monaſtero,e l'Oratrici nel vitto quotidiano, non eſſendoui chi lo gouerni, e deſiderando eſſe Monache che ſia rieletta la medema Suor Giulia, la quale per l'affetto, che porta al Monaſtero,ed alle Supplicanti ſi contenta accettare il ſudetto Officio, vengono ritardate à rieleggerla,hauendo la ſudetta Suor Giulia eſercitato l'Abbadeſſato del Monaſtero per il corſo di anni noue con due licenze di queſta Sagra Congregatione dopò il primo triennio; Per tanto l'Oratrici humilmente ſupplicano l'EE.VV. à degnarſi con-

concedere la nuoua licenza per l'effetto sudetto, perche in contrario restarebbe in tutto, e per tutto precipitato il loro Monastero, che &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita benignè commisit Archiepiscopo Barensi, vt veris existentibus narratis facultatem Oratricibus concedat, confirmandi prædictam Sororem Iuliam la Marra in Abbatissatu per aliud triennium proximè futurum, dummodò huiusmodi confirmatio Capitulariter, & per secreta suffragia fiat, & ipsa Abbatissa rationem prius suæ peractæ administrationis reddat. Romæ 24. Ianuarij *1676*. Cardin. Gasp. Carpinius. Loco ✠ Sigilli. Io. Bapt. Archiepiscopus Ianuen. Secr.

Alias Moniales sine indulto Apostolico eligentes Abbatissam proximè præteritam ad Abbatissatus officium, vt obstinatiores aliquas comperimus, sciant earum vota pro non adiectis haberi, nec computari in numero vocalium, ac si neminem nominassent, & electio sequetur ex corpore alias pro maiori parte eligentium, posthabitis inutiliter suffragantibus.

CAPVT TRIGESIMVMPRIMVM.

ABbatissa, seù Priorissa, aut quocumque alio nomine nuncupata, & quælibet alia administrationi in rebus, & bonis Monasterij præfecta præter Procuratores ordinarios, Exactores, Factores, aut alios Administratores eiusdem Monasterij, earum administrationis dati, & accepti rationes reddere teneantur, alioquin si non obtemperarint preter suspensionem ab officio, alias etiam pro transgressionis qualitate subibunt penas, sicuti Patri Abbati Montis Cassinen. rescriptum fuit die 5. Iulij 1647.

Sen-

Sentendosi, che le Monache condotte con autorità Apostolica da Ponte Coruo per Institutrici di cotesto nuouo Monastero dell Ordine Cassinense è soggetto à V.P. anche come Ordinario del luogo, hauendo compito il triēnio delle carriche da loro esercitate di Abbadessa, e Vicaria, negano di dar conto dell'amministratione precedente, pretendendo che basti hauerlo dato alle Monache. Questi &c. inherendo al S. Concilio di Trento, e decreti generali della Sacra Congregatione, m'hanno commesso di soggiungerle, che con le sue ordinarie facoltà, e con quei rimedij che stimerà opportuni, e di giustitia astringa le due nominate, e gli Esattori, Fattori, & ogni altro che haurà maneggiato l'entrate dell'istesso Monastero ad esibirle i libri, e renderle conto della loro amministratione, così esequisca quanto prima, con auisarmi distintamente dell'operato, ed io alle sue orationi mi raccommādo. M. Card. Ginetti.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM.

CAppellanos, præcipuè Confessarios Monialium singulis triennijs mutari decernimus, iuxtà decreta Sac. Congregationis, nisi ab ipsa prorogationem obtinuerint, vt pro Confessarijs Sac. Congregatio Episcoporum, & Regular. nobis rescripsit.

Foris. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello.* Intus. *Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello. In riguardo del profitto spirituale, che le Monache di San Giacomo di cotesta Città asseriscono di riceuere dalla direttione del Canonico Nicolò di Ceglia loro Confessore ordinario, si contentano questi miei Signori Eminentissimi di rimettere all'arbitrio di V. S. il lasciarlo continuare nella medesima carrica per vn'anno, oltre il solito triennio, con che ella à suo tempo*

pro-

proueda il Monastero d'altro soggetto idoneo ; Io glielo significo, e Dio la prosperi. Roma 14. Gennaro 1667. Di V.S. come fratello affettionatiss. M. Cardinal Ginetti. E. Vescouo di Camerino Secretario.

Foris. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello.* Intus. *Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello. In riguardo del profitto spirituale che le Monache di Santa Croce di Modugno di cotesta Diocese asseriscono riceuere dall'opera di Giulio Cianciotto Sacerdote Secolare lor Confessore ordinario, e soggetto d'esperimentata bontà, han supplicato di poterlo tenere per qualch'altro tempo di più, e questi Eminentissimi miei Signori vdita sopra di ciò l'informatione fatta da V.S. sono benignamente condiscesi à dar facoltà, e rimetter all'arbitrio di Lei il permetterli, che possa continuare, oltre il solito triennio, per vn'altr'anno prossimo solamente, finche ella le proueda à suo tempo d'altro Confessore idoneo, e Secolare; glielo significo, e Dio la prosperi. Roma 21. Marzo 1668. Di V. S. come fratello affettionatissimo. M. Cardinal Ginetti. C. de Vecchi Arciuescouo d'Atena Secretario.*

Foris. *All'Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello.* Intus. *Illustre, e Reuerendissimo Monsignore come fratello. In riguardo del profitto spirituale che le Monache di Santa Scolastica di cotesta Città asseriscono riceuer dall'opera del Sacerdote Nicolò di Ceglia loro Confessore ordinario è soggetto d'esperimentata bontà, e prudenza, hanno supplicato la Sacra Congregatione per la licenza di poterlo ritenere per qualche altro tempo di più; questi Eminentissimi miei Signori, quando sia vero l'esposto, sono benignamente condiscesi à rimetter all'arbitrio di V. S. il permetterglielo per vn triennio prossimo solamente, purche vi consentino almeno due terze parti delle Monache Vocali, e passato detto*

triennio ella prouederà l'Oratrici d'altro Confessore idoneo, e Secolare; glielo significo, & il Sig. Dio la prosperi. Roma 14. Settembre 1674. Di V.S. come fratello affettionatissimo. F. M. Cardinal Brancaccio. A. Arciuescouo Vescouo di Lecce Secretario.

Eminentissimi, e Reuerendissimi Signori.

L'Abbadessa, e Monache del Monastero di S. Giacomo di Bari humilmente rappresentano all'EE. VV. come hauendo hauuto per Confessore ordinario il R.D. Francesco Mossa per due triennij, nel primo da Monsignore Arciuescouo, e nel secondo per ordine di questa Sac. Cōgregatione, conoscono hauer goduto gran serenità nelle loro cōscienze, & acquistato maggior spirito nel seruitio di Dio, per la singolar bontà di vita, e scienza del medemo D. Francesco, tanto più ch'è di età matura, che però essendo in fine il secondo triennio, supplicano humilmente l'EE. VV. à volerli dispensare, che possa esercitare detta carrica di Confessore ordinario per vn'altro triennio, per loro consolatione, e quiete, che il tutto &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita benignè commisit Archiepiscopo Barensi, vt veris existentibus narratis, & quatenus in Domino expedire censuerit, petitam facultatem ad triennium tantum duraturam pro suo arbitrio, & conscientia Oratricibus impertiatur, ità tamen, vt saltem duarum ex tribus partibus Monialium consensus Capitulariter, & per secreta suffragia accedat. Romæ 4. Septembris 1674. Franciscus Maria Cardinalis Brancaccius. A. Archiepiscopus Episcopus Lycien. Secret.

Quæ dispositio militat, etiam pro Confessarijs Monialium Regularibus subiectarum, vt vltra triennium absque licentia Sac. Congregationis nequeant depu-

deputari, prout declarauit Sac. Congregatio Concilij anno 1593.15.Februar.& ſic reſcripſit Coadiutori Veronenſi.

CAPVT TRIGESIMVMTERTIVM.

Confeſſarij Regulares, ſiuè ordinarij,ſiuè extraordinarij ad audiendas Monialium Confeſſiones deputati,eorumque ſocij eaſdem Moniales,Nouitias, aut Conuerſas,ſiuè Famulas abſque licentia Sac.Congregationis, vel noſtra in caſibus permiſſis alloqui nequeant, ſub pęnis à ſacris Conſtitutionibus Apoſtolicis inflictis.

CAPVT TRIGESIMVMQVARTVM.

Sciant Moniales, alioquin ſuper hoc importunæ Confeſſarium extraordinarium in communi,non autem in particulari pro hac, vel illa poſſe deputari, Sac. Congregatio Epiſcop. 15. Februar. 1593.& alibi, niſi acceſerit licentia Sac. Congregationis, quæ in facti contingentia illam anno 1672. pro tribus vicibus tantum arbitrio Ordinarij in vna Baren. fuit elargita,vt patet ex ſequentibus literis.

Foris. *All'Illuſtre, e Reuerendiſſimo Monſignore come fratello l'Arciueſcouo di Bari,cum ſigillo.*

Intus verò. *Illuſtre,e Reuerendiſſimo Monſignore come fratello. Hauendo Suor Aurelia Furietti Monaca profeſſa nel Monaſtero di Valenzano di coteſta Dioceſe ſupplicato la Sac. Congregatione della licenza di poter per ſua ſpecial conſolatione confeſſarſi alcune volte dal Sacerdote D. Vito Valerio d'età d'anni ſeſſantacinque; Queſti Eminentiſſimi miei Signori ſono benignamente condiſceſi rimettere all'arbitrio di V.S. il permetterglie-*

 lo

lo per trè volte solamente in tempo che à lei piacerà, con osseruarsi però tutte le conditioni prescritte circa l'accesso à' Monasteri di Monache; glielo significo, e Dio la prosperi. Roma 12. Febraro 1672. Di V. S. come fratello affettionatissimo. Francesco M. Cardinal Brancaccio. C. de Vecchi Arciuescouo d'Atena Secretario.

Bari All'Arciuescouo.

CAPVT TRIGESIMVMQVINTVM.

MOniales saltem semel in mense confiteantur, & S. Eucharistiam sumant, iuxtà dispositionem S. Conc. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 10. & frequentiùs, si fieri poterit, anteposita laudabili consuetudine maioris partis aliorum Monasteriorum, & præcipuè Ciuitatis Neapolis, vbi Sanctimoniales confitentur pluries in hebdomada, ac se communicant; potest enim Ordinarius, vt nonnulli inneptè obmurmurarunt, Monialibus præscribere tempus, & locum recipiendi sacram Communionem, prout rescripsit Sac. Congregatio Conc. Trid. 1652. in vna Sandauensi, alioquin easdem huic salutifero monito non obtemperantes, pęnis arbitrarijs nobis benè visis fore mulctandas statuimus.

CAPVT TRIGESIMVMSEXTVM.

AMouebuntur Confessarij omnes ordinarij, & extraordinarij in Monasterijs, etiam exemptis, & Regularibus subiectis, nisi fuerint à nobis per examen approbati, iuxtà Constitutionem Gregorij XV. incip. Inscrutabili Deo: & decreta Sac. Congregationis Conc. desuper orta, & subsecuta, & praxim hactenus, & inuiolabiliter seruatam.

CAPVT TRIGESIMVMSEPTIMVM.

Confessores Monialium, siuè ordinarij, siuè extraordinarij nullo modo præsumant, dum eorum munere funguntur, siuè illo expleto, accipere sub quouis prætextu à Monialibus donum, siuè cuiusuis generis munus, etiam pro titulo charitatis, aut eleemosynæ promissis, pro quibus excipimus tantum carolenos duos, sed contententur, quod totius Monasterij publico nomine ab ipsis recipiatur, secus facientes suspensioni ipso facto supponimus.

CAPVT TRIGESIMVMOCTAVVM.

Confessarij ordinarij eorum triennio in munere expleto, nullo modo, nisi altero triennio elapso accedere audeant ad Monasterium, in quo Monialium confessiones exceperunt, neque ad effectum celebrandi Missam, siuè confessiones audiendi, neque ad finem colloquendi, aut de alia materia quauis de causa à Cratibus, siuè ex quacumque parte Monasterij agendi, sub pęna suspensionis ipso facto, tàm à confessionibus Christi fidelium audiendis, quàm à Missæ celebratione, subque alijs pęnis corporalibus arbitratu nostro infligendis.

CAPVT TRIGESIMVMNONVM.

Procuratores Monasterij pariter de triennio in triennium mutentur, ipsique singulis annis reddant computum coram Nobis, vel Rationalibus per nos eligendis, etiam si sint de Monasterijs non subiectis, quo in casu adhibebimus Regularem Deputatum,

tum, vt præter alia decreta habetur in Constitutione Gregor.XV. incip. Inscrutabili.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

NVllam ob causam in Monasterio Sanctimonialium, siuè illorum Ecclesijs, & Sacristia pernoctare quispiam audeat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ; quod nec etiam tolerabimus pro confugientibus, ad finem gaudendi immunitate, cum tunc ad omnem bonum finem, & præcipuè ad consulendum decori, & honestati Monialium illos exindè extrahi, ducique ad alias Ecclesias, vel ad nostrum Archiepiscopale Palatium, vt praxis ipsa docet, curabimus.

CAPVT QVADRAGESIMVMPRIMVM.

IMpertita per Nos licentia in Monialium Ecclesijs Concionandi, Ecclesiæ Ianua claudatur, duobus tantummodò, nempè Cappellano, & Procuratore Monasterij assistentibus, iuxtà decretum Sac. Congregationis in Marsicen. *Decretò, Che nelle Chiese delle Monache non si predichi publicamente.*

CAPVT QVADRAGESIMVMSECVNDVM.

INiungimus, & expresse mandamus Abbatissis, Præsidentibus, ac alijs Officialibus, & quarum interest Monasteriorum Monialium, nè Nocte Sanctissimæ Natiuitatis Domini nostri vllo modo Missas celebrare, aut Ecclesias eorumdem Monasteriorum exteriores aperire faciant, sed mane diei, abstineant quoque à Præsepibus in eisdem Ecclesijs peragendis,

dis, alias pęna priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ contrauenientes mulctabimus, & ipso iure interdicto subiaceat earumdem Ecclesia, vt rectè pro Monasterijs Vrbis anno 1654. per D. Vicegerentem fuit sancitum cum huiusmodi mandato:

MARTIVS MISERATIONE DIVINA Episcopus Albanen. S.R.E. Cardinalis Ginettus S.D.N. Papæ Vicarius Generalis Romanæque Curiæ eiusque districtus Iudex ordinarius.

SI ordina, & espressamente comanda alle Reuerende Madri Badesse, Priore, Ministre, Presidenti, Vicarie, Sacristane, & Officiali delli Monasterij delle Monache, che nella Notte del Santissimo Natale, non debbano far dir Messa, nè fare aprire le loro Chiese esteriori sino alla mattina di giorno, nè meno far gli Presepij in dette loro Chiese, sotto pena della priuatione dell'officio, della voce attiua, e passiua, & altre pene riserbate al nostro arbitrio.

E parimente sotto le medesime pene si ordina, che nella Settimana santa non debbiano fare li sepolcri di qualsiuoglia sorte nelle loro Chiese esteriori. In quorum fidem &c. Datum Romæ 19. Decembris 1654.

M. Episcopus Sutrinus, & Nepesinus Vicesg.

Ioseph Palamolla Secr.

In Roma nella Stamparia della Camera Apostolica 1654.

Quò ad Sepulcra verò in hebdomada maiori, illa pro nunc, nec approbamus, nec reprobamus, sed futuram nobis retinemus prouisionem; reuerà enim omnis concursus in Ecclesijs Monialium est euitandus,

dus, iuxta pluries decantata Sac. Congregationis decreta.

CAPVT POSTREMVM.

DEnique Titulum hunc claudere liceat, admonendo quemcumque ne omnipotenti Deo sacras, ac desponsatas Virgines à proposito castitatis quouis modo retrahere conetur, sanctumque ipsarum otium perturbare, vel earumdem bona surripere, ad memoriam reducendo, maledictiones illas horribiles quas Præsules consecrando Moniales, infligunt, vt reformident, atque contremiscant contrafacientes, habentur in Pontificali Romano, easdem libuit hic transcribere:

Authoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius firmiter, & sub interminatione anathematis inhibemus, ne quis præsentes Virgines, seù Sanctimoniales à Diuino seruitio, cui sub vexillo castitatis subiectæ sunt abducat, nullus earum bona surripiat, sed ea cum quiete possideant, si quis autem hoc attentare præsumpserit; maledictus sit in domo, & extra domum, maledictus in Ciuitate, & in agris, maledictus vigilando, & dormiendo, maledictus manducando, & bibendo, maledictus ambulando, & sedendo, maledicta sit caro eius, & ossa, à planta pedis vsque ad verticem, non habeat sanitatem, veniat super illum maledictio hominis, per quam Moysen in lege filijs iniquitatis Dominus permisit, deleatur nomen eius de libro viuentium, & cum iustis non scribatur, fiat pars, & hæreditas eius cum Cain fratricida, cum Dathan, & Abiron, cum Anania, & Saphira, cum Simone mago, & Iuda proditore, & cum eis, qui dixerunt Deo: Recede à nobis, semitam

via-

viarum tuarum nolumus, Pereat in die Iudicij, deuoret eum ignis perpetuus cum Diabolo, & Angelis eius, nisi restituerit, & ad emendationem venerit, fiat, fiat.

TITVLVS NONVS.

DE SEMINARIO CLERICORVM.

CAPVT PRIMVM.

OPus nedum pium, ac vtile, sed & necessarium à Sacro Tridentino Concilio fuit commendatum, Adolescentium, seù Puerorum Seminarium in amplis præcipuè Diœcesibus, vt eius adinuentio inter maxima Diuina beneficia meritò numeretur, in eo enim literis, & pietate Clerici à teneris annis erudiuntur, qui ad pietatem doctrinam, & Ecclesiasticam disciplinam instructi, non minus probitate vitæ, quam literismet salutiferos in animis suorum popularium edere solent fructus. ex quibus moti, & Sac. Concil. Trid. adhærendo monitis Seminarium pro hac Ciuitate, & Diœcesi iam demissum reintegrari curauimus, quod cum nonnullis Regulis, & Instructionibus per Nos traditis tunc gubernari mandauimus, & nunc subsequentia decreta non incongruè decreuimus.

CAPVT SECVNDVM.

PRiusquam aliquis in Seminario optetur, Nobis constare volumus de eius integritate vitæ, legitimis natalibus, & paupertate: insuper recipiantur qui sint prima Tonsura insigniti, & bonam, ac docibilem indolem præseferant, quiuè legere, & scribere com-

petenter nouerint, ac tali extent ingenio, & moribus vt ſpem afferant ſe in Eccleſia Dei fructum allaturos, ideòque à Rectore, ſeù Magiſtro Seminarij ante receptionem examinentur: pauperes admittendi non extent tales, vt ipſis in aſcenſu ad ſacros Ordines patrimonium deeſſe videatur; diuites autem non excluduntur, ſi ſumptibus proprijs ali poterunt, & conſueto habitu Alumnorum vti velint, expletam ætatem duodecim annorum habeant, probent cum iudicio Medici ſe non eſſe aliquo habituali morbo affectos, & demum non recipiantur ſine præcedenti licentia in ſcriptis à nobis obtenta.

CAPVT TERTIVM.

Admiſſi poſtquam fuerint puberes veſtem, & tonſuram Clericalem receperint, operam nauabunt, præcipuè Grammaticæ, & cantui Gregoriano, latinè, quantum fieri poteſt, ſemper loquantur, excepto recreationis tempore, habiles ſi qui ſint, caſus conſcientiæ audiant, Cęremonias, & Ritus Eccleſiaſticos ediſcant, Miſſæ ſacrificium quotidiè non deſerant; ſacris interſint Lectionibus, & Concionibus, Pęnitentiæ ſacramentum, & Euchariſtiam ſaltem in menſe frequentent, diebus Dominicis, & alijs feſtiuis de pręcepto, ſicut etiam in Veſperis ad noſtram Eccleſiam Metropolitanam conueniant.

CAPVT QVARTVM.

De cætero ne præbeatur vagandi locus, prout experti ſumus, non ſine animi noſtri diſplicentia, ideòque diſtrictè mandamus, ne Pueri, ſiuè Adoleſcentes alibi ad canendum, ſiuè Eccleſijs inſeruien-

dum

dum accedant absque Deputatorum Seminarij licentia, nihil quod aliundè feratur, accipiant, nec ipsi aliò mittant, ferantque sine Magistri licentia, literas non scribant, aut acceptas aperiant, antequam ad eumdem Magistrum deferant, vbique locorum silentium adhibeant, fraternè ad inuicem se diligant, inter se non dissentiant, se ipsos iniurijs non afficiant, alicui non detrahant, sed correctione dignum Superiori denuncient, ex legitima causa verò exeuntes bini incedant, nec vnquam dissocientur, semper modestia ad instar Religiosorum vtentes, ac redeant ad horam præscriptam, qui verò Rei in præmissis fuerint comperti, Magister Seminarij in eos animaduertat, vel Nos certiores reddat, ad effectum consulendi. Disculi, & incorrigibiles, malisque moribus imbuti sciant se acriter mulctandos, & si opus fuerit expellendos, ac ablata omni spe ad Seminarium non fore reintegrandos.

CAPVT QVINTVM.

QVia multoties Adolescentes, de quibus benè speratur, recepti, voluntate deindè mutata ad sæculum reuertantur, post consumptas Seminarij substantias, ideò antequam admittantur, coniuncti ipsorum, siuè verius aliquis Ecclesiasticus sub cautione, & si opus est, etiam fideiussoria, spondeant se fore restituturos Seminario quidquid in eo ad sæcularem habitum se recipiente pro alimonia fuerit impensum, ad minus ducatorum vigintiquinque annuæ erogationis refectionem.

CAPVT SEXTVM.

DEputati Rectores Seminarij, & alij, quorum intereſt ſupradicta decreta, & leges deſuper adiectas abſeruari inuiolabiliter curent, atque inuigilent, prout Magiſtri, Miniſtrique omnes diligenter ſuas partes obeant, ſingulis menſibus conueniant pro tractandis rebus Seminarij, nobiſcum interueniant in Viſitando eodem Seminario, Adoleſcentes examinent, aliaque neceſſaria, & opportuna pro recta Seminarij inſtitutione, & adminiſtratione exequantur prout eorum munus exigit, Miniſtri omnes iuxtà Concilij Tridentini diſpoſitionem ſingulis annis rationem reddant.

CAPVT VLTIMVM.

MAgiſter Seminarij electus, & deputatus, ac prò tempore eligendus, onus Alumnorum laturus, ſit diligens, ipſis Alumnis prçeundo exemplo doctrina, vita, & moribus, itàut Adoleſcentes quem talem norint, & experti fuerint, valeant imitari.

TITVLVS DECIMVS.

DE REGIMINE ANIMARVM, LAICORVMQ; REFORMATIONE.

CAPVT PRIMVM.

VNiuerſi gregis tùm Eccleſiaſtici, tùm Sæcularis noſtræ curæ ſubiecti ad rationem reddendam cum ex munere Paſtorali teneamur, idcircò expurga-

tionem à cunctarum rerum labe, seù fætore omni, qua potuimus, diligentia sparsim in diuersis huius Synodi decretis indagauimus, nuncque commemoramus, aliaque addimus, vt ouilis, si quid infectum fuerit saluti, curetur, & quò populus pęnitentia, virtutis amore, vel saltem formidine pœnæ ductus, posthabitis gehennæ vitijs, illas erga Deum dirigens, æternam Paradisi gloriam adipisci mereatur.

CAPVT SECVNDVM.

SAncita longè, latèque in hac Synodo ad Populi regimen, illiusque reformationem animarum, Rectores, siuè Archipresbyteri, & Parochi obseruari diligenter curent, alias vti desides, præter pęnas in suis sedibus adiectas, sæuerè punientur, super quibus, vt potè in rebus tanti momenti inuigilent Vicarij foranei, commissa ipsis in specie quoque exequentes, sub pęnis ibidem inflictis, & si quod aderit impedimentum, Nobis denuncient, ad effectum animarum saluti consulendi, & abusus, qui in perniciem salutis irrepserunt, extirpandi.

CAPVT TERTIVM.

ACtuariorum, siuè Notariorum eò peruenit nonnullorum corrupta conscientia, vt persępè illos inducat ad non integram descriptionem testium ab ipsis examinatorum, sed tantum pro parte, fauorem Fisci respiciente, quo nihil pro animabus perniciosius, cumque ex huiusmodi malitia, & dolo infinita propemodum damna eueniant pauperibus, quorum pater, & defensor existimus, ac proindè, ne malum hoc vltra progrediatur, sub pœna excommunicatio-

nis

nis latæ sententiæ absolutione Nobis reseruata, interdicimus Actuarijs, Scribis, siuè ad hoc munus deputatis,& delegatis,ac alijs quibuscumque, nè dicta, & depositiones testium mutilare præsumant, postquam illi iurarunt,& examen est inchoatum, licet aduersus Fiscum, & ad fauorem inquisiti testes veritatis testimonium perhibeant; ideò Parochis, & alijs animarum curam gerentibus, quoties occasio dederit,& infrà annum in Missarum solemnibus hoc palam faciendi cura existat.

CAPVT QVARTVM.

STudeant Rectores animarum à Diœcesis nostræ finibus Adulteros, Concubinarios, Vsurarios, Lenones,qui Christiani gregis sunt scabies, & contagium,dimouere,quod si ter admoniti, nō resipuerint, Nobis ad finem illos puniendi,denuncient, alioquin, si aliquo respectu præpediti,hoc prætermiserint, pœnis arbitrij nostri supponentur.

CAPVT QVINTVM.

NVllus Caupo,vel Tabernarius, vel qui cęnacularia facit, meretrices, prostitutasque fęminas in cauponis,& diuersorijs cum graui Dei offensa, ingenti animarum detrimento,& disciplinæ Christianæ iniuria habere, ac ad turpem quæstum alere præsumat, alias contrafaciens tanquam in statu damnationis notoriè versatus, sententia excommunicationis afficietur, & alijs prætereà arbitratu nostro.

C A-

CAPVT SEXTVM.

MAtrimonio copulati ab impudicis amplexibus abstineant, & vinculo matrimoniali soluti, caueant se in concubinarum retibus, ac fęcibus inuolui, & si qui sunt hoc scelere inquinati, quicumq; extent, monemus eosdem præsenti decreto, vt infra dierum quindecim intercapedinem, quorum singuli quinque dies, pro singulis admonitionibus concubinas domi retentas, tàm in hac Ciuitate, quàm Diœcesi, omninò dimittant, alioquin in casu contrauentionis absque alia monitione excommunicationis sententiam in ipsos Concubinarios fulminabimus, & ad grauiora S. Concilij Tridentini remedia deueniemus; durante verò contumacia, à nostræ Diœcesis limitibus ipsos eijci curabimus, implorato, si opus fuerit, brachio Sæculari

CAPVT SEPTIMVM.

HOrtamur Magistratus Sæculares, vt impudicas concubinas, omnesque alias meretrices expellant, nec in publicis diuersorijs illas vltra diem ob itineris causam commorari permittant; in Hospitijs verò contiguis Religiosis domibus Regularium, & Monialium, nec aliquo temporis momento illas sistere patiantur, alias retinentibus, fortè Magistratibus prædictis ab animarum Curatoribus rogatis, ad fugandas huiusmodi pestes, consuetis Ecclesiæ remedijs vtemur, habita de præmissis notitia.

CAPVT OCTAVVM.

ABstineant Histriones, tàm publicè, quàm priuatè à rebus, & verbis obscęnis in Comędijs inferendis, quibus mirum in modum spectatorum animi ad scelera alliciuntur, aliàs pęnam excommunicationis subibunt.

CAPVT NONVM.

CAueant omnes in proprijs domibus aleatores excipere, illisque ad ludos pertinentia parare, blasphęmiæ, cæterorumque criminum seminaria cōstituendo, ideòquè si aliqui in hac Ciuitate, & Diœcesi comperiantur ter à proprijs Archipresbyteris, & Parochis moneantur, vt ab hoc impio opere desistāt, & non cessantes, ad Nos deferant, vt pęnis, opportunisque remedijs huic sceleri obuiam ire possimus.

CAPVT DECIMVM.

NVllus ex sæcularibus, absque nostra licentia in scriptis obtinenda, & legibus, quæ sunt obseruandæ, proponendis Societates, aut Confraternitates erigere præsumant, sub pœna nullitatis alijsque iudicij nostri, iuxtà decretum Sac. Congregationi Episcoporum in

Chien 6. Decembris 1626. Congregationes nouas Christifidelium, non licet Clericis Societatis Iesu, nec Regularibus Ordinis Sancti Dominici cum vsu sacrorum erigere absque Ordinarij loci licentia.

Erectarum autem Consodalitatum Pręfecti post tres menses ab huiusmodi Synodi promulgatione Regulas ad Nos transmittant.

CA-

CAPVT VNDECIMVM.

INterdicimus,& prohibemus commessationes,compotationes per Sodales Confraternitatum in suis Oratorijs fieri,sic enim præcipit Sac. Congreg.in Tiburtin. 5. Decembris 1579. *La Congregatione commesse che si toglessero gli abusi, che osseruano le Confraternità de' Laici di mangiare insieme, oue si congregano, e distribuire certo pane, e carne il giorno di Pasqua in Chiesa*, aliàs eorumdem Oratoria interdicta declarabimus.

CAPVT DVODECIMVM.

ABstineant Parochi in transmittendo candelas benedictas die Purificationis ad ædes sæcularium, sed iuxtà laudabilem, & vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem populus pro illis recipiendis Templum adeat,prout visum fuit Sac.Congreg.Episc.Fulginaten. rescribenti anno 1581.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

AD regimen curæ animarum quoque pertinet vt parturientes in graui mortis periculo versatæ adiuuentur, Christiana pietate pro illis orante; curent igitur Archipresbyteri signum campana præstari populumque moneant, quò opem parturientibus præbeant orationibus, & litanijs, prout inuigilent prægnantes nono mense existentes Eucharistiæ Sacramento cibari,vel saltem, vt pœnitentiæ Sacramentum frequentent discretè tamen, & paternis cum admonitionibus.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

PArentes, Nutrices, vel domestici infantem qui adhuc ætatis annum non excesserit, in proprio cubili non retineant, sed in cunabulis, ad euitandum suffoçationis periculum, aliàs si non obtemperarint, excommunicationi Nobis reseruatæ supponentur.

TITVLVS VNDECIMVS.

DE RECTA BONORVM ECCLESIASTICOrum, & Locorum piorum Conseruatione, & Administratione, eorumque bonorum Inuentario.

CAPVT PRIVS.

TAm Sacri Canones, & Sacrum Concilium Tridentinum, quàm Bulla Cœnæ, cæterçque Summorum Pontificum Constitutiones, præcipuè Pauli II. in Extrauag. Ambi iosæ; quam in hac Diœcesi, & Prouincia vsu receptam esse declaramus sub anathematis pęna S. Sedis Apostolicæ reseruata, interdicunt, nè bona, iurisdictionis, redditus, prouentus, scripturas, aliauè iura Ecclesiæ quispiam occupare, vsurpare, aut iniustè detinere valeat, sed vt augeantur in dies, præcipimus sub pęna aureorum vigintiquinque Archipresbyteris, & Parochis nostræ Diœcesis, vt primis Aduentus, & Quadragesimæ, Dominicis diebus inter Missarum solemnia S. Concilij Trident. decretum sess. 22. cap. 11. ac Capitulum excommunicationis Bullæ Cęnæ, & Extrauagant. Ambitiosæ, vulgari idiomate Populis recitent, atque exprimant.

C A-

CAPVT SECVNDVM.

IMmobiles res Ecclesiæ, Hospitalium, & aliorum locorum piorum, ac mobilia pretiosa non alienentur, vel ad longum tempus locentur sine beneplacito Apostolico, sub pœnis, & censuris in commemorata Extrauaganti Ambitiosæ, alias Paulina, siuè alijs Cōstitutionibus Apostolicis inflictis, nec de triennio in triennium, imò vltrà triennium, siuè aliud maius tempus, iuxtà qualitatem bonorum, locatio, etiam infra tempus permissum, erit nulla, & inualida, quoties autem alienationes in euidentem Ecclesiæ vtilitatem fieri contingerit sub reseruatione assensus Apostolici, antè beneplaciti Apostolici impetrationem, & confirmationem indè sequutam, nulla tradatur rei bonorum possessio; etiam cum clausulis non aliter, nec aliter, nec alio modo, alias pęnis, & censuris ab eadem Paulina Constitutione fulminatis se nouerint subiacere, à quibus nisi rei possessione dimissa, absolui non poterunt, ac proindè præcipimus Notarijs quod contractus huiusmodi sine nostra, vel nostri Vicarij Generalis licentia, sub pęna excommunicationis latæ sententiæ non conficiant, Iudicesque ad Contractus, & testes in stipulatione instrumentorum minimè intersint.

CAPVT TERTIVM.

IN alienationibus bonorum Ecclesiæ si quis fraude, vel dolo scienter in damnum Ecclesiæ à delegato decretum extorserit sententiam excommunicationis, de qua in Bulla Pauli secundi incipient.

Cum in omnibus reſeruatam incurrere, & ad reſtitutionem teneri certò conſcius extet.

CAPVT QVARTVM.

PRo conſeruanda memoria bonorum Eccleſiaſticorum, quæ in Emphiteuſim tradita, vel ad longum tempus quouis nomine data ſint, quilibet Eccleſiaſticus, cui aliquid quotannis eo nomine ſoluitur, curet à debitore, & poſſeſſore rei publicum Inſtrumentum cum teſtimonio annuæ præſtationis, & ſpecificatione bonorum, illorumque finium, ac exemplum authenticum huiuſmodi confeſſionis, & recognitionis ſpatio vnius menſis ad noſtram Curiam transſmittat, ad effectum in Archiuio conſeruandi.

CAPVT QVINTVM.

ANtiquam Conſuetudinem noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ à Sac. Congregatione approbatã, vt bona ſtabilia inter ipſos Canonicos ad eorum vitam præcedente candelæ extinctu plus offerenti locentur, obſeruari præcipimus, pro indemnitate tamen Capituli volumus, & mandamus, quò Conductores Canonici publicas deſuper conficiant cautelas, adhibitis fideiuſſoribus, in quibus ſe obligent ſe ſoluturos ipſi Capitulo id pluris ratam partem eorum Canonicatus excedens ad præſcriptum Concluſionum Capitularium, & de non fraudandis bonis prædictis debitis culturis, ad quem effectum teneatur Capitulum quibuſcumque annis ſuos deputatos eligere, qui cum æſtimatoribus, hæc bona recognoſcant, vtrum fuerint in aliqua parte læſa, & tunc Conductor iuxtà eius obligationem iuris, remedijs opportunis, ad damni, & intereſſe refectionem cogatur. CA-

CAPVT SEXTVM.

ECclesiarum, earumque Capitulorum, Monasteriorum Sanctimonialium, Hospitalium, Montis pietatis, Consoliditatum, aliorumque locorum piorum bona, illorumque fructus præcedentibus ad minus trinis proclamationibus in locis publicis, & consuetis tribus diebus, vel edictis in eisdem locis adiectis subhasta cum accensione candelæ ab ipsorum Procuratoribus, siuè Administratoribus publicè, & non illorum arbitrio locentur, vel in casibus permissis vendantur, vltimoque licitatori deliberentur, quibus solemnitatibus non adhibitis hæ locationes, & venditiones nullæ sint, & inualidæ, excipimus tamen casum pro minori pretio decem nummorum aureorum, infra mensem à die deliberationis sequutæ, admittatur oblatio vltimi licitatoris vltra sextam.

CAPVT SEPTIMVM.

CApitula, Beneficiati quarumcumque Ecclesiarum, & Confraternitatum, Hospitalium, prout, & quorumuis locorum piorum Rectores, siuè Administratores non audeant vendere, permutare, concedere, siuè quouis alio titulo alienare terrulas, vineolas, & domunculas sumpto prętextu, quod non continentur in dispositione Extrauag. Ambitiosæ, absque nostra licentia, & assensu nostri Tribunalis, sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, absolutione Nobis reseruata, præter alias à Sacris Canonibus statutas, quam excommunicationem non tantum ipsos alienantes, sed etiam recipientes, Notarios contractus stipulantes, incurrere decernimus, & declaramus.

CAPVT OCTAVVM.

PEcunia perueniens ex ſorte principali, & redemptione annuorum cenſuum, ſiuè redditũum, vel aliundè ex proprietatibus ad Eccleſias, Capitula, Monaſteria Monialium, Sodalitates, aliauè loca pia, nullo modo detur Communitatibus, aut priuatis perſonis ſub interuſurio, & data ſtatim reducatur in contractum licitum ad commodum ipſius Eccleſiæ, & conuertatur in emptionem bonorum ſtabilium, ſeù immobilium, vel alterius tuti cenſus, maiori, quo fieri poteſt, incremento, prout caſus dederit, & non niſi congregato Capitulo, vel Collegio, ſiuè maiori eius parte reſpectiuè conſentiente, alioquin emptiones ſint nullius roboris, & momenti præter incurſum cenſurarum, de quibus in Sac. Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus; pecunia verò, quæ ad præbendas Canonicatuum pertinet, tàm in actu redemptionis, quàm in illo inueſtimenti, cum conſenſu Capituli in vnum congregati recipiatur, & inueſtiatur pariter in bonis ſtabilibus, ſiuè annuis cenſibus, quod idem exequantur Beneficiati, Cappellani, & aliæ perſonæ ſingulares, Beneficiorum, & Legatorum piorum poſſeſſores, quoad inueſtimentum, & redemptionem, noſtro tamen prætereà intercedente aſſenſu, ſub pœna nullitatis contractus, & alia noſtro arbitrio pro modo culpæ irroganda.

CAPVT NONVM.

SI ob non ſolutos cenſus, ſeù Canones per Canonicos, Parochos, ſeù Beneficiatos, aut Rectores, cæterorumque piorum locorũ Adminiſtratores quo-

modo-

modocumque exemptos euincantur, seù nunc euicta sint bona censui, vel canoni obnoxia, his, à quibus possidentur, non ideò liberum sit bona sic euicta, seù ad Ecclesiam deuoluta, sibi retinere, aut in suos hæredes trásferre, aut qualitercumque illorum dominium quolibet titulo in alios transmittere, sed eisdem Ecclesijs Beneficiatis, alijsque personis, siuè locis pijs, qui censuum, vel canonum creditores erant, reacquisita, siuè acquisita illa censeantur, & habeantur.

CAPVT DECIMVM.

VEnditores, emptoresque bonorum annuo censui, canoni, siuè cuilibet præstationi, aut alteri oneri suppositorum, si certò scientes in cōtractu alienationum huiusmodi bonorum, prædicta onera sub silentio habuerint, vel tantum in genere expresserint, non specificando Ecclesiam, vel locum cui illi, & illa debentur, in casum nobis reseruatum decernimus incidere, à quo, nisi facta prius expressione, absolui vetabimus, idque ad Notarios, & alios malitiosè consilium præbentes extendimus.

CAPVT VNDECIMVM.

SCripturas quomodolibet ad Ecclesias, Beneficia, Monasteria, Confraternitates, & loca pia spectantes, qui detinent infrà mensem à die promulgationis præsentis decreti præcisè, & peremptoriè illas Præfectis Ecclesiarum, Procuratoribus Monasteriorum, Sodalitatum, & locorum piorum Rectoribus consignent, atque restituant in eorum Archiuijs custodiēdas, sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, qua inobedientes mulctamus.

CA-

CAPVT DVODECIMVM.

PRocuratores, Æconomi, siuè quicumque Administratores Sodalitatum, Hospitalium, Montium pietatis, Cappellarum, seù aliorum locorum piorum singulis annis eligantur, & vltra annum eorum munera, non exerceant, prout non exerceri mandamus, sub pęna nullitatis in casu confirmationis, vel tacitæ prorogationis eorumdem Officialium, vel Administratorum ad eadem munera, vel inualiditatis actuum, quos præter illud tempus peragerint, prætereà elapso administrationis anno nobis, vel nostro Vicario Generali, aut Rationalibus, per nos eligendis rationem reddere debeant infra mensem, sub pęna inhabilitatis ad hæc, & alia officia, donec eam præstiterint; ita enim declarauit Sacra Congregatio Concilij pluries, vt in sequentibus.

In Causa Eugubin. inter Eminentissimum D. Cardinalem de Carpinea Episcopum ex vna, & Cõfratres Alborum eiusdem Ciuitatis ex altera, die 17. Aprilis 1638. Sac. Congregatio Concilij secundum ea, quæ proponuntur censuit Eminentissimum Episcopum posse rationem administrationum ab Administratoribus ipsius Confraternitatis exigere ad præscriptum cap. 9. sess. 22. quod si ex Consuetudine alijs ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum illis reddatur Eminentissimo Episcopo, & aliter factæ deliberationes dictis Administratoribus minimè suffragentur.

Confraternitas Sanctæ Mariæ de Bardrina, eleemosynas à Testatoribus relictas, pauperibus verecundis distribuendi, consuetudinem habet à Sede Apostolica confirmatam cum priuilegio, quod nulli ratio-

rationem reddere teneatur. Cum ab Episcopo Confraternales vigore Tridentini Concilij ad rationem reddendam cogerentur, postularunt declarari, an iure hoc ei liceret.

Congregatio censuit, si id, quod ratio nulli reddatur, est ex solo priuilegio, sublatum esse à Concilio c. 9. sess. 22. & ideò cogendos istos Administratores reddere rationem Ordinario, non obstante dicto priuilegio, si tamen Administratores ius aliundè prætendant, deducere debere coram Congregatione intra quatuor menses, & interim Episcopus supersedeat.

Administratores piorum locorum etiam exemptorum nullam rationem reddentes, posthac coram Episcopo reddere debent, quod si alijs reddere solent, cum illis tamen principaliter adhibendus est Episcopus, qui quoties in dicto actu ad rationem computorum adhibetur in condemnatione, vel absolutione Administratorum, vnicum votum habet, sicut alij, quibus ratio reddenda est.

Item Sacra Congregatio censuit ab Administratoribus Cōfraternitatis Rosarij rationem singulis annis, statutis temporibus reddendam esse ad id deputatis, & cum his etiam Episcopum, seù Vicarium adhibendum esse.

Procuratores prædicti librum reddituum Successoribus tradant, & si debitores sint, ad residui restitutionem cogātur, iuris, & facti remedijs opportunis.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

VT bonorum Ecclesiasticorum indemnitati consulamus, illorumque in posterum certior habeatur cognitio, præcipimus omnibus Capitulis, tàm nostræ Ecclesiæ Metropolitanæ, quàm Collegiatarum

Ecclesiarum per Diœcesim, Archipresbyteris, siuè Rectoribus Parochialium Ecclesiarum, Beneficiatis cum cura, vel sine cura, Administratoribus Hospitalium, Consodalitatum, cæterorumque locorum piorum, Rectoribus, & Officialibus, sub pœna scutorum triginta pijs vsibus, vt infra spatium trium mensium à publicatione præsentis Synodi decurrendum, inuentarium, & repertorium confici curent, in quo distinctè, & absque vlla fraude, vel obscuritate annotentur, & describantur bona omnia mobilia, & immobilia, cum limitibus, & finibus, iura, actiones, census, priuilegia, iurisdictiones, iura etiam feudalia, & emphiteutica, fructus, emolumenta, quæcunque obuentiones, & redditus certi, siuè incerti, fundationes, & quæcunque documenta, instrumenta, siuè scripturæ ad Ecclesiam, seù ad beneficia, aliaue loca pia, quomodocunque, & qualitercunque pertinentes, & pertinentia, ex quibus exactissima cuiusuis rei cognitio habeatur, huius inuentarij duo fiant exemplaria, quorum alterum ad Archiuium Archiepiscopale remittant, ad effectum ibidem conseruandi, alterum verò asseruetur per quemlibet Parochum, vel Rectorem diligenter in suæ Ecclesiæ, vel loci Archiuio, & vt facilius hoc exequi valeant, vigore huius decreti decernimus, & mandamus, omnes, & singulos Christi fideles cuiuscunque conditionis sexus, & præeminentiæ teneri scripturas, instrumenta, & alia huiusmodi scripta pertinentia ad bona, iura, & actiones Ecclesiarum, Capitulorum, Beneficiorum, Cōsodalitatum, & cuiuslibet loci pij, quæ ab ipsis detinentur, ijs, quorum interest infrà mensem à die publicationis præsentium copiam facere, vel restituere sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, à qua nusquam absolui poterint, nisi scripturis retentis, prius traditis, & restitutis.

CA-

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

DIstrictè etiam præcipimus prębendas tàm Capitularium nostrę Ecclesiæ Metropolitanę, quàm Ecclesiarum Collegiatarum, per viros peritos, & probos, Capitulariter eligendos, infra duos menses visitari sub pęnis arbitrio nostro irrogandis, & ab obtinentibus præbendas recipiant notam fidelem, & exactam bonorum stabilium, seù immobilium cum finibus; necnon censuum, canonum, seù aliorum nominum debitorum, aliorumque Iurium, cum enunciatione instrumentorum, quorum vigore canonici fructibus bonorum, censuum, vel canonum potiuntur, expressa origine eorumdẽ, & cuncta annotẽtur, ac omni claritate, quoad fieri potest, describi studeant in libro peculiari Præbendarum nuncupato, si aliquis census est effectus inexigibilis, & nomen debitoris repertum est non soluendo, fiant diligentiæ ad redigendum debitores ad exigibilitatem, & demum cætera exequantur, quæ ad vtilitatem, & commodum futuræ proprietatis dictarum præbendarum conferre videbitur, & si quid impedimento erit in casibus dubijs secundum casuum opportunitatem, Nos, vel nostrum Vicarium Generalempro prouidendo vndequaque indemnitati Ecclesiæ consulant.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

POst Beneficij Ecclesiastici adeptionem teneatur institutus, siuè prouisus, illius titulum redditus, & onera infra mensem nobis ostendere, ad finem notam huiusmodi, quod iuratam exigimus, conseruandi in Archiuio Curiæ Archiepiscopalis, si secus factum

fuerit controueniens dimidia parte fructuum, & prouentum vnius anni mulctabitur, & omnibus iuris remedijs ad huiusmodi exhibitionem cogetur.

TITVLVS DVODECIMVS.

DE ARCHIVIO.

CAPVT PRIMVM.

ARchiuium, quod ad conseruationem non solum totius rei familiaris Ecclesiarum, verum etiam ad omnia priuilegia, exemptiones, prærogatiuas, & iura ipsius tuendum valdè necessarium est, non immeritò fuit adinuentum, ideòque ne deinceps Ecclesiarum nostræ Diœcesis iura ob temporum, vel hominum incuriam pereant, vel quoque modo supprimantur, volumus, & mandamus, vt in quibuscunque Ecclesijs Collegiatis, alijsque Parochialibus, in quibus Archiuia hactenus fortè erecta non fuerunt, illa per Capitula, seù Collegia Presbyterorum dictæ Diœcesis in Sacristia, seù alio loco magis opportuno, separatim infra mensem instituantur, in quibus scripturæ omnes ad res Ecclesiæ pertinentes præcedente inuentario fideliter reponantur, atque conseruentur, alioquin mandatis nostris si obtemperare detractarint, pœnis arbitrio nostro infligendis plectentur, in quo præcipuè animaduertant, & inuigilent Archipresbyteri, alijque Ecclesiarum Præfecti.

CAPVT SECVNDVM.

AD custodiam, & curam Archiuij duo erunt ad minus idonei per Capitulum eligendi, & deputan-

putandi, quorum vnus quoad fieri poteſt perpetuus ſit, alter verò ſingulis annis mutetur, quibus ſcripturę conſignentur, Archiuium verò duas habeat claues inter ſe diuerſas, quorum quælibet detineatur diſtinctè ab vtroque Archiuio. In noſtra Eccleſia Metropolitana quolibet anno vnus deputetur à nobis, & deputamus Archipresbyterum, quem confirmamus vſque ad noſtrum beneplacitum, alter à Capitulo eligitur, in Eccleſijs verò Collegiatis, & Parochialibus noſtræ Diœceſis ſeruetur ſolitum, dummodò duæ adſint claues in Archiuio ac bini Archiuarij pro indemnitate Capitulorum.

CAPVT TERTIVM.

NOn liceat ab Archiuio auferri quidquam, nec deſcribi ſine conſenſu Capituli, quo opus non ſit circa exemplum, quod concedet iuxtà morem in loco Archiuij per illius Præfectos præcipiendo ad hunc effectum, ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ alijſque noſtri iudicij, nec extrà Eccleſiam abſque Capituli facultate in ſcriptis, aliqua ſcriptura extrahatur, vel extrahi permittatur, quam cenſuram, ſi ſecus fecerint, incurrant tàm Archiuio præpoſiti annuentes, quàm alij recipientes, ſiuè extrahentes.

CAPVT QVARTVM.

MOnemus, atque hortamur in Domino Beneficiatos omnes, vt in Archiuio illius Capituli in cuius territorio beneficium poſſident, ſcripturas ad illud ſpectantes reponant, nè ex mutatione beneficiatorum cum detrimento beneficij deperdantur, curent autem de tempore repoſitionis in inuentario eaſdem

ſcrip-

ſcripturas referri, ipſarum fidem ab Archiuarijs expoſcentes, decedente verò Beneficiato, hæres ſcripturas omnes relictas, quæ ad beneficium pertinent, Archiuarijs Capituli loci infra menſem ſub anathematis pœna latæ ſententiæ deferre teneatur, pro quarum conſignatione Confeſſarij Beneficiatos morientes inducere non prætermittant.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

DE CONTRACTIBVS, ET VSVRIS.

CAPVT ANTECEDENS.

CVM nemini liceat iactura alterius locupletari, ideòque contractus ſublatis dolis, & fraudibus fideliter, & ſincerè celebrentur, prout Chriſtifideles decet, monente Apoſtolo, ne quis ſuperegrediatur, aut circumueniat fratrem ſuum in negotio, quoniam Deus vindex eſt, ac proindè omnis metus, vis, dolus, fraus mendacium, & fallacia remoueantur, & quamuis ius ciuile permittat contrahentibus ſe ad inuicem decipere vſque ad dimidium iuſti pretij, tamen Populi nobis ſubiecti ab huiuſmodi deceptione caueant, cum forum poli, & conſcientiæ hoc non admittat.

CAPVT SECVNDVM.

EXperientia Teſte propriæ ſalutis immemores, per innumeros vſurarum modos, præcipuè pauperes, eorumque bona opprimere non erubeſcunt, cupientes igitur tantum malum penitus reſecare, & medelam, ac remedium adhibere, mandamus Edictum

per

per Nos relaxatum, & in fine inſerendum ſuper prohibitione quamplurimorum contractuum, & vſurarũ perpetuò obſeruari, ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, abſolutione Nobis reſeruata, à qua nequeunt abſolui niſi modis in enunciato Edicto præſcriptis, adhibitis.

CAPVT TERTIVM.

CVm ex nimia Parochorum, & Confeſſariorum indulgentia, & forſan quandoque literarum inſcitia multi vſurarij abſoluantur, & ad Sacramenta admittantur, ac proindè in huiuſmodi nihilominus vſuræ prauitate perſiſtunt, ideò Sancta Synodus mandat, obſecrat, & Confeſſarios in Domino hortatur, vt Vſurarios in Confeſſionibus diligenter examinent, & quò facilius id exequi valeant, aſſiduè materias de Vſuris, ac de reſtitutione perlegant, prout, & Canones de Vſuris, ac Summorum Pontificum Bullas, præſertim, quas Pius V. in Conſtitutione, In eam: & in altera Cum onus, & Sixtus V. in Conſtitutione Deteſtabilis auaritiæ hac de re ediderunt, & Edictum in præcedenti capite commemoratum, præ manibus habeant, atque intelligant, vt damnata negotiorum genera, & vſurarios contractus manifeſtos, vel occultos, ac palliatos cognoſcant, ac de ipſis exactè ad ſe accedentes examinent, pęnaſque, atque remedia pro modo culpę imponere ſciant, ad hoc vt muneri ipſorum ſatisfaciant, & conſcientijs Vſurariorum rectè conſulant, ipſimet quoque in memoria retineant ſe excommunicationem à Clement. V. in Concil. Vien. inflictam, de qua in Clement. Eos, qui de Sepultur. in 6. incurrere, ſi aliquem Vſurarium Sacramentorum, aut Sepulturæ Eccleſiaſticæ participem effecerint.

CA-

CAPVT QVARTVM.

CLericis fœnerari,& vſuras accipere prohibetur; & contrafacientes ipſo iure efficiuntur infames, repelluntur ab obtinendis Eccleſiaſticis beneficijs,& ſuſpenduntur arbitrio Superioris iuxtà Canonicas Sanctiones.

TITVLVS DECIMVS QVARTVS.

DE FORO IVDICIALI.

CAPVT PRIMVM.

VIcarius noſter Generalis in adminiſtratione iuſtitiæ æqua lance procedat, illamque omnibus indifferenter præbeat, præcipuè pauperibus, ac miſerabilibus perſonis ſe promptum, ac facilem exhibeat, & breuiori, qua fieri valet, via, ſtudeat expeditioni, & deciſioni cauſarum, maximè vbi ſummariè de iure erit agendum, litigantium impendijs, quoad fieri poteſt, parcere curet, & demum cauſas alimentorum, mercedum, piorum locorum, atque huiuſmodi, quæ moram non patiuntur, ſola veritate, & æquitate indagatis, & abſque iudiciaria tela, celeriter expediat.

CAPVT SECVNDVM.

PAndecta, quæ actorum taxam Curiæ Archiepiſcopalis continet, à noſtris Prædeceſſoribus confecta, & hactenus obſeruata in loco Tribunalis, vbi Notarius, ſeù Actuarius cum ſcribis reſidet, ante omnium oculos precipuè litigantium ſit appoſita, illamq;

tàm

tàm pro causis ciuilibus,criminalibus, quàm mixtis ordinarijs, vel delegatis, siuè iure metropolitico deuolutis,inuiolabiliter obseruari præcipimus, mandãtes Actuario,siuè Notario nostræ Curiæ,& cuilibet, sub pęna priuationis officiorum, ac inhabilitatis ad eadem,& alijs nostro arbitrio irrogandis, nè vltra illam quid minimum percipiant,seù exigant, prout nihil omninò exigere audeant in causis ad Sanctam Inquisitionem,& Immunitatem Ecclesiasticam pertinẽtibus,sed acta fiant gratis ad præscriptum mandatorum Sac. Congregationis supremi Tribunalis Sancti Officij, & Sac. Congregationis Controuersijs iurisdictionalibus præpositæ.

CAPVT TERTIVM.

NE causæ decisiones in longius protrahantur cum detrimento litigantium,mandamus è nostro Tribunali sophisticos, & cauillosos Procuratores reijci,a que expelli,prout etiam,nè fortè diuertantur nostri Ministri,& Officiales à recto tramite iustitię, excommunicationis sententiam, absolutione nobis reseruata,imponimus aduersus eos omnes, qui pecunia,vel alio quouis modo,etiam effectu non sequuto, corrumpere tentant,& præsumunt nostrum Vicarium Generalem,Promotorem Fiscalem, vel Actuarium, siuè alium quemcumque Curiæ Archiepiscopalis Officialem in causis tàm ciuilibus,& criminalibus,quàm mixtis, quod si ipsi corrumpi se sinant, pęnam priuationis Officij cum dupli restitutione incurrant.

CAPVT QVARTVM.

PRocessus,aut alias scripturas,siuè ciuiles, siuè criminales ad hoc nostrum Tribunal spectantes,

qui auferre, vel ablatas detinere præsumpserint, aut detentores, qui sciunt, nobis, vel nostro Vicario Generali post decem dies, non reuelarint, omnes ipso facto excommunicationem, absolutione nobis reseruata, incurrant.

CAPVT QVINTVM.

MAgister Actorum, vel Scribæ Tribunalis in singulis scripturis penes acta quarumcunque causarum productis diem, & per quem illæ præsentãtur per literas Alphabeticas, & non per numerum adnotent, quod idem seruent in contumacijs accusatis, alioquin pro modo culpæ pęnas arbitrio nostro irrogandas subibunt.

CAPVT SEXTVM.

ACtorum Magister processus diligenter, & cum peculiari cuiuslibet actus descriptione, ac bene sutos, atque cum numero foliorum distinctos sedulò ordinet, & disponat, remota cõfusione, processus causarum expediendos, ac scripturas ad eadem Curiam pertinentes penes se retineat, & nunquam partibus litigantibus, sed earum Procuratoribus tantum tradat, præuia Apoca de recepto, in libro ad hoc deputato, describenda cum commemoratione foliorum, quodque illa nullo sint vitio affecta, & tempore debito restitutionem curet, alias Actuarij culpæ in præmissis, & circa præmissa, præcipuè processuum, & scripturarum ammissio adscribetur, terminata verò causa scripturæ ab Actuariomet in vnum colligantur, & in Archiuio nostro reponantur, ac in suis locis disponantur, nec illæ, seù processus postea absque Vicarij Generalis licentia in scriptis obtinenda, & tunc

cum

cum Apoca pariter de recepto extra Palatium Archiepiscopale, sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, & alijs Iudicij nostri commodentur.

CAPVT SEPTIMVM.

TRahentes ad forum sæculare, quicunque sint, siuè Clerici, siuè Laici, Ecclesiasticos, causas ciuiles, criminales, & alias quaslibet ad forum nostræ Curiæ quomodolibet pertinentes directè, vel indirectè per se, vel per alium pęnam excommunicationis, & alias à Sacris Canonibus, ac à Pontificijs Constitutionibus, etiam Bullæ in Cęna Domini inflictas, incidere non dubitent.

CAPVT OCTAVVM.

PRo rectè ferenda excommunicatione, vel pro ea à Iure, aut à nobis ipso facto imposita declaranda, quando reus personaliter haberi nequit, stylum antiquum, & consuetudinem nostræ Curiæ in suo robore permanere, ac obseruari hac Constitutione Synodali decernimus, nempè sat esse, vt bis domi suæ solitæ habitationis ille citetur, dimissa ipsius citationis, vel monitorij copia in domo solitæ habitationis, aut si constiterit ad personaliter, vel domi ipsum citandum non esse tutum accessum, eadem citatio, vel literæ monitoriales ad valuas nostræ Ecclesiæ Metropolitanæ, vel Ecclesiarum loci, vbi citandum habitare, vel commorari contingerit, affigantur, & citatio huiusmodi Reos afficiat, iuxtà praxim hactenus obseruatã, & ita seruatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana per Rit. 17. Curiæmet vbi Campanilis lit. B. & testatur Genuens. in praxi cap. 10. Impression. Venetiar. 1645.

1645. & in alijs Curijs Eccesiasticis.

CAPVT NONVM.

LAici per nostrum Tribunal citati pro testimonio veritatis perhibendo in causis ciuilibus, criminalibus, & mixtis contra Clericos, & in omnibus alijs causis Ecclesiasticis, si illi renitentes fuerint, Vicarius Generalis inobedientes censuris mulctet, iuxtà dispositionem Sacrorum Canonum, & antiquissimam, & vniuersalem praxim Curiarum Ecclesiasticarum, maximè huius Regni, & à Dominis Regijs, quoque comprobatam, prout in facto extat declaratum per Regiũ Collaterale Consilium vsque ab anno 1588. sub die 29. Augusti, tempore Comitis Mirandæ in Prouisionibus expeditis, in quibus extant inter cętera hæc infrascripta. *Che non si molestino li laici, che sono esaminati auanti il Giudice Ecclesiastico; ma quando occorre, che alcuno Giudice Ecclesiastico vuol far instanza, che debbia costringere alcuno testimonio laico, che ricuserà esaminarsi, lo debbiate fare etiã per via di carcere,* quæ sunt registrata in Curia 1. fol. 67.

Et cum alias in Ciuitate Salerni hoc euenisset, fuerunt per Regium Collaterale Consilium relaxatæ Prouisiones, tenoris sequentis:

Magnifici Viri Regij Consiliarij fideles dilectissimi. A noi è stato presentato il seguente memoriale, videlicet. Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore. Il Vicario di Salerno fà intendere à V. E. come li dì a dietro hauendo mandato vn suo Cursore Chierico con altri famigli laici in casa d'vn Canonico, per pigliar prigione vn Chierico inquisito criminalmente, che dalla parte era stato riferito ritrouarsi in detta casa, vn fratello laico di detto Canonico fè violenza alla Corte, e giocò di mano à

detto Cursore Chierico, incorrendo nelle censure Ecclesiastiche, e volendo di ciò pigliar informatione esso Vicario, sì per procedere alle censure contro il laico, come per castigare il Canonico recettore del delinquente, e complici in detta violenza, li famigli laici non hanno voluto esaminarsi, che là furono presenti per prohibitione fattali da D. Geronimo Bazan Gouernatore della Prouincia, & hauendo fatto richiedere di ciò à bocca esso Gouernatore & finalmente in scriptis, inuocandolo à dare detto braccio in ciò, & aiuto, e fauore, come in simili casi è stato ordinato dal Regio Collaterale Consiglio, hauendoli presẽtato in prõptu dette lettere Regie spedite gl'anni dietro in simile materia quali s'esibiscono à V.E. nõ le hà voluto osseruare, nè tenere conto; per tanto supplica V. E. à voler ordinare à detto Gouernatore, e Regia Audienza, che voglia dare il braccio, e far esaminare essi testimonij nella sudetta causa, & osseruare per l'auuenire quanto si contiene in dette lettere, oltre il tutto riceuerà à gratia da V. E. vt D⁻us, &c. Et inteso per Noi il tenor del preinserto memoriale ci hà parso farne la presente, per la quale vi diciamo, & ordinamo, che ad ogni instanza, & requisitione del detto Reu. Vicario supplicante debbiate constringere tutti, e singoli testimonij laici della causa predetta, di modo che con effetto habbiano à deponere la verità di quello sanno, osseruandoli, e fandoli osseruare le prouisioni, che li sono state per Noi, e Regio Collaterale Conseglio spedite sopra il costringere de' testimonij laici, che si hanno da esaminare in detta Corte, e così li eseguirete, che tal'è nostra volontà, non fandose il contrario per quanto si hà cara la gratia Regia, la presente resti al presentante. Datum Neapoli die 30. mensis Iulij 1596. El Conde de Oliuares. Vidit Ribera Regens, Vidit Gorostiola Regens, Barrionouo in par. 10. fol. 120,

Et ite-

Et iterum facto casu in Regia Audiétia Principatus vltra tempore Præsidatus D. Antonij de Leyua, Franciscus Strina, Antonius Gargano,& Carolus Califano Auditoribus,fuit id dubitatum, &

Illustri Domino Fuluio Costantio Corleti Marchioni Regenti,& Decano Collateralis,ac Regiæ Iurisdictionis defensori,fuit rescriptum, per quem extitit responsum,vt infra. A tergo. *A Don Antonio de Leyua Gouernatore,& Auditori della Regia Audienza di Principato Vltra.* Intus verò. *Hò visto, quel che le SS. VV. me scriuono intorno all'esaminare de' testimonij laici nelle Corti Ecclesiastiche contro le persone, & cause Ecclesiastiche,& anche le lettere scritteli da Monsignore Arciuescouo,e Vicario di Beneuento sopra tal particolare, che mi hanno inuiato, in risposta delle quali non posso dire altro, solo quel che s'osserua in questo Regno, e che li laici si possino esaminare nelle Corti Ecclesiastiche, senza altra licenza contro persone Ecclesiastiche, & in cause Ecclesiastiche; però quando sono renitenti ad esaminarsi, il Prelato può procedere con le censure; ma volendo astringerli di persona,deue implorare il braccio del Giudice laico,& allhora se li deue dare, & astringernosi per detti Giudici Laici, etiam per via di carceri, per farli deponere contro dette persone, e cause Ecclesiastiche, e così potranno osseruare le S S.VV. nel caso presente, e quand'occorrerà per l'auuenire. Ch'è quanto posso dire per risposta della predetta delle SS.VV. alle quali per fine b.le mani; da Napoli à 13. Luglio 1616, Il Marchese di Corleto.*

Decreta, & Prouisiones prædictæ fuerunt transcriptæ à relatore Danz. de Pugn. Doctor. sub titulo testib. cap. 3. à num. 9. tom. 1. fol. 435. in impressione Tranen. 1633.

C A-

CAPVT DECIMVM.

QVinimò si laicus coram Iudice Ecclesiastico falsum deposuerit, posse eumdem per ipsum Iudicem Ecclesiasticum quæstionibus subijci, vt vltra praxim Curiarum Ecclesiasticarum, etiam per supremum Collaterale Consilium Regni anni 1639. fuit prouisum in vna Lycien, Regales habentur Prouisiones huiusmodi sub tenore:

Philippus Dei Gratia Rex &c.
Spectabiles, & magnifici Viri Regij Consiliarij fideles dilectissimi.

Il Reu. Vescouo di questa Città di Lecce ritrouandosi al presente in Napoli, si è lamentato, che volendosi procedere per la sua Corte Vescouale à dar la corda ad vn Laico testimonio esaminato in vn delitto d'homicidio, ò altro commesso da vn Prete, il quale hauendosi voluto repetere haueua negato quello, che haueа deposto nel suo primo esame; da questo Regio Tribunale Prouinciale se l'era dato impedimento ad esseguire il pred. minacciando di volerli leuare il testimonio carcerato dalle sue carceri, e che per la buona corrispondenza, e rispetto, che porta alli Ministri di Sua Maestà l'hà trattenuto di ponere mano alle censure; ilche intesosi da noi, essendo questo Prelato Caualiero della portata ch'è, & è persona d'ogni integrità, e bontà, conuiene, che nelle cose giuste se le dia ogni sodisfattione, e che li Ministri di questo Regio Tribunale vadino con termine di circospettione, e di buona corrispondenza; ci è parso però far la presente anco in conformità di quello, che in questa materia viene disposto per Reali Ordini, con la quale vi dicemo, & ordinamo, che à rispetto delli testimonij laici, che

si esa-

si esaminano nella sua Corte Vescouale contro persone Ecclesiastiche,& in cause medesimamente Ecclesiastiche, non le debbiate dare impedimento alcuno, che dal suo Vicario, ò altro de' suoi Ministri, si possi procedere contro di quelli non solo à darsi la corda, come falsi, ma anco possino procedere auanti à tutto quello, che de iure li compete, e spetta eseguirse per ragione di ciò contro detti testimonij laici, e per esecutione anco delle cose predette, & altro spettante alla sua Corte li douerete dare ogni agiuto, e fauore necessario, promettendoci dalla bontà di detto Prelato, che con voi si porterà con ogni zelo della giustitia,& vrbanita, che si conuiene, e così eseguirete. Datum Neapoli die 17. mensis Septembris 1639.
El Duca de Medina las Torres, Principe di Stigliano, Duca di Sabioneta. Vidit Vrsinus R.g. Vid. Casanate Reg. Barilius Secr. Iordanus in Curia P.f. l.189.

Illa verba in dictis Prouisionibus (*anco in conformità di quello, che in questa materia vien disposto per ordini Reali*) fuerunt apposita vigore litterarum Serenissimi Philippi secundi Hispaniarum Regis glo. m. directarum Eminentissimo Cardinali Grauele tunc huius Regni Proregi, sub datum 28 Decembris 1571. in reg. Curiæ 4. fol.93.id præcipientis.

CAPVT VNDECIMVM.

QVoniam experientia fuit comprobatum in quāpluribus litibus partes expensis grauari pro exactione eorum creditorum, etiam paruæ quantitatis, & præpedita executione decretorum, in quibus illæ obtinerent victoriam, à litigio, & crediti recuperatione retraherentur, vtpotè iudicio ordinario defatigati, ideòque nos adhærendo antiquo stylo, & consuetudini nostræ Curiæ, decernimus, &

pro-

prouidemus summariè esse agendum in causis infra summam ducatorum quinquaginta, & ortis condemnatorijs sententijs easdem debitæ executioni esse demandandas ad fauorem actoris, admissa tantum appellatione reclamantis, quo ad effectum deuolutiuum, qui stylus parum discrepat à praxi, & stylo Curiæ Romanæ, præcipuè A. C. qui in inhibitionibus iniūgere solet, vt Iudex, à quo in causa appellata nihil innouet, nisi infra summam scutorum quadraginta, teste etiam Vulp. in eius praxi cap. 21. num. 41. quæ summa auget monetam Regni.

CAPVT DVODECIMVM.

IN memorabilem Consuetudinem, siuè antiquissimum stylum nostræ Curiæ Archiepiscopalis, qui in Prouincia Baren est vniuersalis, & omnibus ferè Curijs Ecclesiasticis Regni immittendi in possessionem institutos in beneficijs iurispatronatus, etiam si adsit competitor, & contradictor beneficij præter Fiscum, pendente appellationis termino, siuè post appellationem à sententia institutionis, quæ admittitur in deuolutiuo tantum, laudamus, & approbamus, illamque indubitanter sine controuersia seruari decernimus, & mandamus; potest enim Episcopus legitima Consuetudine suadente, hoc in Constitutionibus Synodalibus demandare, tradit D. de Luca in Annot. ad S. Conc. Trid. disc. 30. nu. 14. lib. 14. par. 5. videatur quoque Sperell. dec. 85. par. 1.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

IN causis beneficialibus iurispatronatus minimè Vicarius noster Generalis deueniat ad institutio-

nem, priusquam examinet, & idoneum reperiat præsentatum ad huiusmodi beneficia,id,quod etiam procedit quantumuis institutio spectet ad Prælatum inferiorem,quia pariter præsentati, sunt à Nobis examinandi,& approbandi,prout cauetur in cap. 13. sess. 7. Sac.Conc.& cap.9.sess.25.de Reform.cum Institutiones aliàs factæ sint irritæ,& inanes d. cap. 9. sicut declarauit Sac. Cnngreg. Concilij in vna Caputaquen. die 23. Iunij 1629. ad tertium dubium propositum, nisi instituendus fuerit ad sacros ordines promotus.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SI quis in tantam deuenerit temeritatem, vt aliquẽ ex Officialibus nostris,Notarijs,Scribis, aut quomodocunque Cursoribus,& Seruientibus nostræ Curiæ Archiepiscopalis, vel Vicariorum Foraneorum Diœcesis,iniurijs,minis,offensione,vel alio prauo modo, intuitu suorum officiorum, affecerit, aut cædulones, vel Edicta à nobis, vel nostro Vicario Generali edita, ac publicè affixa temerè amouere, lacerare, & in toto,vel in parte delere, vel deturpare præsumpserit, ipso iure excommunicationem, absolutione nobis reseruata,incurrat,in quam etiam incidant,auxilium, aut consilium præbentes,vel huiusmodi attentata patrantes contrà Aduocatos, & Procuratores in nostro Tribunali iustitiam petentes, & si ex his aliquod impedimentum fuerit præstitum, ne Iurisdictio nostra suam posset sortiri executionem, hic talis excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini inflictam incurret.

C A-

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

MVltoties euenit carceres nostræ Curię Archiepiscopalis effractos fuisse ope, fauore, & auxilio nonnullorum foras existentium, ignoratis authoribus, ex quo inquisiti in delictis grauibus, alijque nimio ære alieno grauati, fugam arripuerunt, cum detrimento partium offensarum, & creditorum, & in iustitiæ offensam, volentes, quantum in nobis est, huic malo occurrere, præcipimus omnibus, & quibuscunque cuiuscunque status, & conditionis existant, vt ab huiusmodi excessibus abstineant, alioquin mucrone excommunicationis latæ sententiæ, absolutione Nobis reseruata, attentantes, & delinquentes in antedictis, & eorum singulis quibuscunque casibus, ferimus.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

COmmissarij quicunque Iudices Delegati, & executores quilibet, etiam Ecclesiastica dignitate fulgentes, in nostra Ciuitate, vel Diœcesi iurisdictionem exercere præsumentes, absque nostra, vel Vicarij nostri Generalis facultate in scriptis obtẽta, quam etiam Vicarijs Foraneis exhibere debeant, sex mensium cursu pęna carceris, & alijs arbitratu nostro irrogandis plectentur, ac proindè contrauenientes Vicarius Foraneus loci Diœcesis comprehendat, & ad nos trãsmittat, quò commeritas pęnas aduersus ipsos exequamur.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

IN Constitutione de Conseruatoribus edita à sanc. mem. Gregorij XV. ex sententia Sacræ Congre-

gationis Concilij, inter cætera ſtatutum eſt, vt coram Conſeruatoribus Regulares conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint; itaut memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares, & alij, actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant; ſed ijs tantum, in quibus rei extiterint, dubitatur nunc, an per hæc verba ſublata ſit facultas, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares, & alios à manifeſtis iniurijs, & violentijs, quæ illis de facto inferuntur, dum à ſuis poſſeſſionibus deijciuntur, vel proprijs bonis vti, ac frui impediuntur.

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trid. interpretum cenſuit eiuſmodi verbis minimè ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares à manifeſtis iniurijs, ac violentijs, dummodò obſeruent formam præſcriptam in Cõſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis in cap. 1. in fin. de offic. delegat. in 6. C. Card. de Torres. loco ✠ Sigilli. Proſper Fagnanus Sac. Cong. Conc. Secret.

Ideòque nè Conſeruatorum facultas extendatur præter diſpoſita à Sacris Canonibus, & Conſtitutione prædicta Gregorij XV. Super hoc, Aduertant noſtri Vicarij, tàm Generalis, quàm Foranei in Diœceſi, alijque noſtri Tribunalis Miniſtri, prout etiam, quia Conſeruatores debent eſſe Iudices electi in Prouinciali, vel Diœceſana Synodo, quorum electio infra duos menſes nobis eſt exhibenda, aliàs in noſtro Tribunali cauſæ ſunt agendæ, & pertractandæ, iuxtà commemoratam Conſtitutionem Greg. XV.

Conſeruatores huiuſmodi, quando ſunt Diœceſani nulla gaudent exemptione ab Ordinario, illique ſubiacent in cauſis proprijs, vt decidit Sac. Congr.

Con-

Concilij die 17. Decembris 1667. in vna Fauentina in tertio dubio proposito,& in altera Castren.sub die 23. Augusti 1670. & præter Notarium,nequeunt erigere Tribunal,neque alios eligere Officiales, vt putà Promotorem Fiscalem,& alios eadem S.Congregatio Concilij in cit.Fauentina ad quintum dubium.

POSTREMVS TITVLVS.

DE CONSTITVTIONIBVS SYNODALIBVS; ILLARVMQVE INTERPRETATIONE.

CAPVT ANTECEDENS.

VNa, optimaque Lex est,legum obseruantia; ideòque parum interest leges, atque statuta condi; nisi ab ijs,ad quos pertinet in praxim deducatur,ac proindè præsentibus nostris Constitutionibus, quoscunque cuiuslibet dignitatis,& præeminentiæ, quamuis speciali nota dignos, ad ipsarum obseruantiam teneri; transgressoresque pęnas ibidem adiectas incidere volumus,& declaramus.

CAPVT SECVNDVM.

IN Decretis,seù Ordinationibus, si nulla pęna per Nos præscribatur, sciant inobedientes, pęnis nobis arbitrarijs, siuè carceris, siuè pecuniarijs, ac per censuras Ecclesiasticas se fore corrigendos, & mulctandos.

✠

CA-

CAPVT TERTIVM.

CEnſuras in præſentibus Conſtitutionibus inflictas, vbi earum abſolutionem nemini reſeruauimus à Nobis, ac Archiepiſcopis ſucceſſoribus, ſiuè à noſtro Vicario Generali, poſſe abſolui intendimus, moderationem verò, vel commutationem illarum, ſeù aliarum pęnarum nobis tantum reſeruamus.

CAPVT QVARTVM.

SI quæ dubitatio, aut difficultas in his Decretis, & Conſtitutionibus ſuboriatur, eius explicationem, declarationem, & interpretationem Nobis, & pro tempore exiſtentibus Archiepiſcopis reſeruamus, ſalua ſemper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſuprema authoritate, cuius iudicio hæc omnia, ea, qua decet obedientia, & reuerentia, corrigenda, emendanda, & interpretanda libenti animo ſubmittimus.

CAPVT QVINTVM.

STatuta, & ordinata in præteritis Synodis, per Sapientiſſimos, & prudentiſſimos noſtros Prędeceſſores, ad Eccleſiaſticorum, & Populi reformationem, dummodò Sac. Concilij Decretis, ac præſentibus, quæ in hac Synodo mutata, ac reuocata continentur, non ſint contraria, neque repugnent, confirmamus, ac in ſuo robore permanere, & inuiolabiliter obſeruari decernimus, & præcipimus, & quatenus opus ſit, de nouo condimus.

CAPVT SEXTVM.

ANimaduersos volumus omnes, qualiter decreta in Visitationibus Ecclesiarum particulariū, per Nos edita in suo robore perseuerant, quibus nunquam esse derogatum per has Constitutiones decernimus, nisi illis aduersentur, quod idem asseueramus de edictis quibuscunque per nos in factorum contingentijs relaxatis, quorumuis firma remaneat, quatenus his Constitutionibus non contradicant.

CAPVT SEPTIMVM.

VT Decreta in hac Synodo edita omnibus innotescant ad tollendam ignorantiæ simulationem, præcipimus Canonicis, Curatis, Archipresbyteris, Sacerdotibus, singulisque in Ordinibus sacris constitutis, tàm in Ciuitate Baren, quàm in tota Diœcesi, vt infra mensem post impressionem huius Sanctæ Synodi illam apud se habere, & retinere, & Decreta in eius contenta inuiolabiliter obseruare, & custodire teneātur, sub pœnis ibidem constitutis, & comminatis: à quo tempore Constitutiones Synodales ità omnes arctare, & ad parendum obligare volumus, ac si essent singulis personaliter notificatæ.

Decretorum in reiteratis sessionibus promulgatorum lectione completa, Synodi Notarius rogauit: Domini placetne vobis, quæ in hac Synodo legi, decerni, & publicari audistis, & huiusmodi decreta in his Constitutionibus Synodalibus edita? Placet. Synodus Vniuersa respondit, repetitis, & pluribus vicibus, Placet, Placet.

SYNO-

SYNODI TERMINVS.

INde Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Archiepiscopus in Solio existens ad instantiam Synodi Promotoris Fiscalis, præcepit vocari omnes quotquot de Iure interfuerunt, & qui interesse tenebantur in Synodo, ad quam vocationem præsentes; qui fuerunt omnes de tempore obedientiæ prima die vocati, responderunt singuli, adsum Domine.

Vocatione huiusmodi facta, Promotor Fiscalis accusata prius contumacia absentium pro eorumdem punitiones, seruata forma dispositionis Sacrorum Canonum institit.

Hinc idem Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus inobedientes, & contumaces penis per Sacros Canones, alijsque in decreto desuper relaxato inflictis, mulctandos decreuit, & mandauit, nisi infra sex dies, & hoc ex æquitate, & gratia Dominationis suæ Illustrissimæ.

Et iterum instante eodem Promotore, vt de peractis tribus hisce sessionibus publicum instrumentum à Synodi Notario confici deberet, mandauit Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus illud excipi, & statim Synodi Notarius rogauit actum.

Hisq; cópletis, Promotor etiam petijt ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Archiepiscopo, vt si videretur, ac libuerit, Synodum concluderet, & adunatos cum paterna benedictione dimitteret.

Tunc Dominatio sua Illustaissima ad hunc effectum, ab eodem Throno, in quo stabat assurgens, inchoauit Hymnum *Te Deum laudamus*, & Clerus fuit prosequutus processionaliter per Templum superius, & inferius, incedendo, & ad Chorum reuersus,

Hymnoque abſoluto, idem Dominus Archiepiſcopus preces, prout in Pontificali, recitauit, demum ſolemni benedictione per ipſum indulta, Diaconus proclamauit, Recedamus in pace, & reſponſum fuit ab omnibus, in nomine Chriſti, Amen, & ſic tota Synodus fuit dimiſſa ab eodem Illuſtriſſimo D. Archiepiſcopo, conceſſumque ſingulis quibuſcũq; vt ad proprios lares liceret remeare, prout receſſerunt, aſſociantibus, & concomitantibus prius antedictum Illuſtriſſimum Dominum Archiepiſcopum ad proprium Palatium, tùm Eccleſiaſticis dictæ Synodi, tùm Regularibus, ac Nobilibus, alijsque qui in functionibus Synodalibus interceſſerunt. Illud tandem eſt ſciendum pro notitia totius ceremoniæ, quod cum lectura omnium decretorum priore die, quæ fuit quinta menſis Decembris cadentis anni 1675. vnica ſeſſione non potuerit compleri, tunc abſoluta tantum prima parte Synodi, fuit indicta, & celebrata altera ſeſſio de mane die ſexta ipſius menſis Decembris, in qua fuerunt perlecta decreta ſecundæ partis eiuſdem Synodi, prout, & tertia ſeſſio, pariter de mane die ſeptima cum lectum contentorum in poſtrema parte, conuenientibus omnibus in Eccleſia, & precibus, prout in Pontificali, primitus perſolutis, ac Miſſis ſolemnibus in toto triduo celebratis.

Ita eſt

Canonicus D. Nicolaus Donatus Gallittus Notarius Synodalis, & Actuarius Curiæ Archiepiſcopalis Baren.

LAVS DEO.

Sanctiss. D.N. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PP. X. Constitutio, in qua Regularium priuilegia quo ad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem, declarantur.

Clemens Episcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

SVperna magni Patris familias præordinatione creditum Nobis vniuersalis Ecclesiæ mysticum agrum circumspecta prouidentia custodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) satagentes, animum in eas curas libentèr intendimus; quibus valeāt dissidia inter villicos, & operarios componi, iurgia tolli, scandalis, atquè offensionibus aditus præcludi; Vt quibus vna fides; Vna Mater Ecclesia, & vnus Dominus; qui charitas est, & pacis cogitans cogitationes; fiat etiam cor vnum, atque anima vna; sic etenim euulsis opportunè zizanijs, dum plantamus, & rigamus; incrementum dabit Deus; Quo benedicente messis multa fructu centesimo cęleste in horreum congregabitur.

Sanè cum Sacri Concilij Tridentini decretis prouidè statutum fuerit, vt Regulares cuiuscunquè Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & sciētia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non possint, cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequàm prædicare incipiant; In Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, vltrà licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopis licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur; sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint.

possint. Atquè vt nullus sæcularis, siuè Regularis etiã in Ecclesijs suorum Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare præsumat. Itidemquè cum nullius Sacerdos Regularis possit confessiones Sæcularium, etiã Sacerdotum audire; nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illius videbitur esse necessariũ, aut aliàs idoneus iudicetur; Et approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegijs, & consuetudine quacunque non obstantibus. Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circa benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem eiusmodi in aliquibus Diœcesibus excitatas fuisse; ex quibus cõtrouersiæ, & dissensiones permultæ in diem subsequi possẽt, occasione priuilegiorum, quæ per Sedem Apostolicã Religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

Nos attendentes, quod alias diuersis temporibus prædictæ dubitationes, & controuersiæ nõnullis Prædecessorum Nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumq; Declarationibus definitæ fuerint; Eiusmodi definitiones in vnum collectas, vt magis, magisquè dissentionum tollantur semina, & in posterum firmior in Agro Dominico pax Christi floreat; pro summo, quo fungimur Apostolatus officio, nouis Apostolicis litteris muniendas duximus, & roborandas; Itaquè de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra, atquè ex certa scientia; hac generali, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, ac declaramus.

Regulares, qui in Ecclesijs sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diœcesano benedictio-

nem petere; Prædicare tamen posse, quamuis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem nedùm non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesijs licere Regularibus prędicare; Eosquè contrauenientes ab illo tanquàm Sedis Apostolicę Delegato censuris, alijsque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis fel.rec.Gregorij xv. Prædecessoris Nostri, incipientis: Inscrutabili Dei prouidentia, coerceri, & puniri posse. Episcopum tamen absque iusta, & rationabili causa contradicere non debere; Et huiusmodi benedictionem teneri etiã Regulares petere; Si in quibuscunquè Oratorijs sui Ordinis sermonem coram Populo, vel in Ecclesijs, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum iurisdictioni subiectarum, licèt clausis ianuis, & nullus Sæcularis ibi intersit, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus illos, quamuis ab Vniuersitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueuerint, quoad doctrinam examinare; si ità ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet visum fuerit. Et licentiam prædicandi semel ijsdem concessam ob rationabiles causas licèt occultas, prædicationem tamẽ concernentes suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, qui in Ecclesijs suorum Ordinum prædicent.

Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones sæcularium in sua Dięcesi audiendas approbatos non posse alia Dięcesis eas absque Episcopi Dięcesani approbatione audire, quamuis pęnitentes subditi sint eius Episcopi, à quo ipsi religiosi iã fuerãt approbati.

Et

Et generaliter approbatos ab Episcopo ad Personarum sæcularium confessiones audiendas, nequaquàm censeri approbatos ad audiendas cõfessiones Monialium sibi subiectarum; sed agere quoad speciali Episcopi approbatione; Atque approbatos pro audiendis confessionibus Monialium vnius Monasterij minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterij. Itidemquè Confessores extraordinarios semel deputatos, atquè approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro vna vice audiendas, haud posse expleta deputatione in vim approbationis huiusmodi illarum confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contingerit. Cæterum in Monasterijs, ac etiam Collegijs, vbi iuxtà Regularia instituta viuitur. Posse tàm Prælatos Regulares, quàm Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seù Collegiorum audire confessiones illorum sæcularium, qui in ibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantùm ipsis deseruiunt. Illos autem Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generalitèr reperti fuerint, ab Episcopis, generalitèr quoquè, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumquè locorum, aut generis Personarum in Diœcesi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui non adcò idonei reperientur, si petierint se admitti arbitrio Ordinariorum reliqui, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare, & admittere, semel autem simplicitèr approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quouis Anni tempori etiam Paschali, & quorumcumquè etiam infirmorum confessiones audire absquè vlla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamen confessione teneri dictos Religiosos eorumdem

infir-

infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessionis præcipi: sufficere tamen, vt certioratio huiusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint; Constitutioni, quæ incipit omnis vtriusque sexus, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos. Regulares verò ad eiusmodi confessiones audiendas præuio examine simpliciter, & absque vllo temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, secus autem si ab eius Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos, non posse ab eodem, qui approbauit, iterum examinari; aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi: seù licentias illis concessas reuocari, nisi noua superueniente causa, quæ ipsas confessiones concernat. De qua tamē haud necessarium esse, vt in actis constet; nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; sed Sedi Apostolicæ dūtaxat, vbi eam sibi aperiri postulauerit. Porrò si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhonestè viuant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudicio videantur à confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti pœnitentiæ qualitas sit vitę integritas, ac morum honestas; vtique eā causam ad confessionis Ministerium pertinere, ac proindè nihil obstare, quominùs ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à confessionibus audiendis. Attamen confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius Conuentus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenùs posse. Ex facultatibus

per

per Mare Magnum;aliauè priuilegia Regularibus cuiuscumque Ordinis,Instituti, aut Societati etiam Iesu concessis factam eis non esse potestatem absoluendi in casibus ab Episcopo sibi reseruatis. Et per confirmationes dictorum Priuilegiorum,quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinũ obtinuerunt;nequaquam reuixisse priuilegia priùs ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata,atque extincta,si quæ habebant, absoluendi à casibus Episcopo reseruatis.

Et habentes facultatem absoluendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, non ideò à casibus Episcopo reseruatis posse absoluere. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi,in qua est approbatus, cõfluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reseruatis,non autem in illa,vbi idem Confessor est approbatus absoluere,nisi eosdem Pœnitentes nouerit in fraudem reseruationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse; Vigore supradictorum priuilegiorum nequaquàm licere Regularibus etiam satisfacta parte absoluere Pœnitentes à censuris quoad extremum,& iudiciale forum, & absolutos ab eis in foro Pœnitentiali, vtique non censeri absolutos in exteriori iudicio, & contentioso. Quinimmò Censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis cogi posse gerere se pro talibus,etiamsi à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis priuilegijs coram Episcopo,ab eo iudicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur; Si dictorum priuilegiorum verba obscura sint, & ambigua; non esse ad Metropolitanum prouocandum; sed cum eius sit interpretati,cuius est condere; dictorum priuilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ iudicio, prout aliàs Constitutione Prædecessoris No-

stri

ſtri fel.rec.Clementis IV. Statutum fuit;eſſe requirendum.

Decernentes ſic,& non aliàs per quoſcũque Iudices Ordinarios,vel Delegatos quauis auctoritate, & dignitate fungentes,etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos,Vicelegatos,& Nuncios,& quosuis alios ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate iudicari, & definiri debere.Irritũ quoq;& inane quidquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſciẽtèr,vel ignorantèr contigerit attentari. Non obſtantibus quibusuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcunque perſonarum, atque quorumuis Ordinum tàm Mendicantium, quàm nõ Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani,Congregationum,Societatum etiam Ieſu,ac cuiusuis alterius Inſtituti etiam neceſſariò, & in indiuiduo exprimendi,Monaſteriorum,Conuentuum,Capitulorum, Eccleſiarum, & aliarum quorumcunquè tàm Sæcularium,quàm Regularium locorum,necnon illorum etiam iuramento,Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, vel Conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, Indultis,& Priuilegijs etiam in corpore Iuris clauſis,aut ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis conceſſis, etiam Mari Magno, ſeù Bulla aurea,aut aliàs nuncupatis,Conſeruatorum deputationibus,eorumquè, atquè alijs inhibitionibus, quibus Epiſcopi deferre minimè teneantur, quibusuis alijs ſub quibuscunque tenoribus,& formis, ac cũ quibusuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus,& alijs decretis,etiam Motu proprio, & ex certa

ſcien-

ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis,ſeù extenſionis conceſſis,& iteratis vicibus approbatis,& innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus,& formis ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,& indiuidua,ac de verbo ad verbum,non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo,& forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro plenè,& ſufficientèr expreſſis,& inſertis habentes, illis quoad ea,quæ eiſdem præſentibus aduerſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſeriè ſpecialitèr,& expreſsè derogamus,cæteriſquè contrarijs quibuſcunque. Cæterum quia difficilè foret præſentes litteras ad ſingula quæquè loca deferri, vt eæ tamen omnibus innoteſcant,mandamus illas ad Valuas Eccleſiæ Lateranēſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe,atque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ affigi,& publicari. Volentes;quòd earundem præſentium litterarum tranſumptis etiam impreſſis, manu tamen alicuius Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo Prælati,ſeù perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutæ munitis,in Iudicio,& extra illud, vbi opus fuerit,eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum Decreti, Declarationis,Derogationis,Mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit in-

curſurum . Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo, vndecimo Kalẽdas Iulij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

G. Dat. Viſa de Curia P. Ciampinus.

I. G. Sluſius, D. Ciampinus.

Anno à Natiuitate D. N. IESV CHRISTI 1670. Indictione 8. die verò 2. menſis Auguſti Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris, & D. N. D. CLEMENTIS Diuina Prouidentia PP. X. anno eius primo, præſens Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad Valuas Eccleſiæ Lateranen, Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ, locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Hilarium Centellum SS. D. N. Papæ Curſ.

Petrus Marcheratus Mag. Curſ.

Romæ, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. 1670.

Et denuo Neap. Typis Nouelli de Bonis Typ. Archiep.

EDITTO PER L'OSSERVANZA della santa Quareſima.

GIOVANNI GRANAFEI PER LA GRATIA DI DIO, e della Santa Sede Apoſtolica Arciueſcouo di Bari, e di Canoſa &c.

Ritrouandoci già al principio della santa Quareſima, quando è conueniente, che ciaſcun fedel Chriſtiano attenda à quello, che importa la ſalute dell'anima propria, laſciando da parte la via della perditione, e la varietà, e curioſità del mondo, ſpinti da ſalubri, e ſani ricordi della S. Madre Chieſa, che in queſto tempo tanto opportuno à tutti, la Maeſtà Diuina ſi và tuttauia proponendo, non habbiamo voluto mancare di raccordare parte di quello, che impor-

ta

ta al debito loro, con espressa prohibitione di alcune occasioni di peccati, per i quali suol restar N. S. Dio più grauemente offeso, in questi tempi quaresimali, astringendoci in ciò l'amor paterno, col quale habbiamo assai teneramente amato, il desiderio, che tenemo della salute dell'anime incaricate al nostro officio.

Particolarmente essortiamo tutti i Fedeli Christiani dell'vno, e l'altro sesso di questa Città, che non hauendono legitimo impedimento, è cosa vtile, e santa in tutti questi giorni quaresimali ascoltare gli Officij Diuini, e la parola di Dio, che sarà con sua gratia predicata cō ogni carità possibile, & almeno le persone pouere, che ꝑ viuere sarãno astrette à lauorare, nō preteriscano le Domeniche, e Feste di precetto di ascoltare le Messe, e le Prediche, che il tutto sarà per maggior sicurezza delle loro conscienze, essortando anco i Padri di famiglia, che faccino andare i loro figli ad ascoltar la Messa, e le Prediche nelle feste di precetto, e Domeniche.

Ricordiamo à tutti li sopradetti, che il digiuno quaresimale è di precetto della santa Madre Chiesa, come ogni vno deue sapere, però qualsisia persona dell'vno, e l'altro sesso debbia osseruare detto digiuno, conforme da S.C. è stato determinato, onde ciascuno peruenuto all'età d'anni 21. è tenuto à digiunare la quaresima intiera, sotto pena di peccato mortale, eccettuando solamente i minori di detta età, e li vecchi d'anni 60. in sù, li poueri, e li lauoratori, le dōne grauide, e che lattassero, e nudrissero Putti, infermi, e persone delicate, che non potessero per debolezza delle loro complessioni, osseruare detto digiuno, & altri che non sono tenuti per causa approuata da Dottori di santa Chiesa.

Si moniſcono i Cuochi,Hoſti,& altre perſone, che danno à mangiare à Cittadini,ò foraſtieri,che in detti giorni quareſimali,non diano, nè permettano che nelle loro caſe,& hoſtarie ſi mangino cibi vietati, e nelle Domeniche,& altri giorni feſtiui non diano da mangiare à chi ſi ſia,ſe prima non haueranno vdita la Meſſa,e la Predica, ſe ſia poſſibile; ordiniamo à Bottigari,che durante detto tempo, non vendano cibi di graſſo,nè facciano moſtra di quelli.

E perche non ſenza noſtro diſpiacere habbiamo inteſo, che in molte caſe di queſta Città ſi tengano giuochi publici di carte, e dadi, e che in quelle sfacciatamente ſi biaſtema il santo nome di Dio, e della Beatiſſima Vergine, e ſuoi Santi in manifeſta dannatione dell'anime loro, e de' Patroni delle caſe, quali non ſi vergognano di sè ſteſſi in dare sì dishonorate commodità di biaſtemar Dio; ordiniamo alli Patroni delle caſe,e baratterie predette, che da quì auanti non debbiano à giocatori alcuni di qualſiſia grado, e conditione,tanto in dette caſe, quanto in altri luoghi dare commodità di giocare,e di biaſtemarſi,come s'è fatto per lo paſſato,ſotto pena di ſcommunica latæ sẽtentiæ,riſeruando à Noi ſolamente l'aſſolutione, non laſciando ricordar loro, che queſto è tempo di penitenza,e di cercar à Dio perdono de' loro peccati.

Hauendo Noi,oltre di ciò inteſo,che in queſta Città vi ſiano molti peccatori publici,e ſegreti, i quali, aſſai oſtinatamente, da lungo tempo perſeuerano nel loro male,e prattiche dishoneſte di donne,non oſtante,che altre volte ſiano ſtati corretti, de' quali ſin'hoggi non habbiamo potuto hauer notitia tale, che haueſſimo potuto dal canto noſtro rimediare,conforme il douere. Eſſortiamo dunque tutti li ſopradetti nelle viſcere del Signore Dio,che mentre da S.D.M. hãno

hauuto

hauuto gratia di viuere fino à questi santi giorni, ritornino hormai in sè stessi, e procurino per via della penitéza di ritornare al luogo di dōde son cascati, con risolutione di non ritornare più in simili strade, tanto peruerse, & auerse dal Signore, & in questo modo riceueranno le loro anime la gratia, che prima han perduto, con darla in poter del Demonio, & acquistaranno la figliolanza di Dio, & il premio di sua heredità eternamente.

E perche tutti li giorni di Quaresima sono santi, & in questi, più che mai principalmente, ciascun deue attendere alla salute dell'Anima, e fare oratione à Dio benedetto, ordiniamo sotto pena d'vn mese di carcere à' Sagristani della nostra Chiesa, che durante questo tempo quaresimale habbiano ogni sera ad vna hora di notte far dare quaranta tocchi di campana, & in quel tempo essortiamo tutti li Padri di famiglia, e Capi di casa, che si debbiano ritirare in vna camera insieme à far oratione mentale, ò vocale, almeno per vn quarto d'hora, e potranno dire la Corona di Nostr. Sign., ò il Rosario, ò li sette Salmi, secondo loro piacerà, ò contemplare qualche misterio della Passione di Christo, ò fare l'essame della conscienza, ed hauer dolore de' peccati.

Vedemo similmente, che molti più tosto per timore delle pene, che per amore fanno il loro debito; ordinamo à tutti dell'vno, e l'altro sesso atti alla Confessione, e Communione, che sotto pena di scommunica, si trouino Confessati, e Communicati per tutta l'Ottaua di Pascha, e passato questo tempo, prohibemo à tutti li Confessori, tanto Secolari, quanto Regolari, che non debbiano assoluere quelli, che non hanno adempito questo santo precetto, eccettuati però quelli, che per qualche cagione saranno stati tratte-

nuti

nuti dalli loro Confessori, ed acciò si sappiano quelli, hauranno mancati, volemo si faccia nota dalli Parochi di tutti quelli si communicheranno, fatta l'Ottaua di Pascha, perche prouederemo à quello sarà necessario, per seruitio di Dio, e salute dell'anime, finalmẽte essortiamo tutti gl'Arteggiani, ed altre persone, che tengono botteghe di cose pertinentino al vitto humano, fondachi, ed altri negotianti della Città, che vdito il segno della Predica, serrino le botteghe, fondachi, e curie, e vadano ad ascoltarla, poiche oltre che faranno il debito loro per sè stessi, toglieranno anco via le occasioni à gl'altri di stare in Piazza, à perdere il tempo, lasciando da parte la parola di Dio, tanto necessaria, e fruttuosa à tutti i fedeli Christiani.

In osseruanza delle cose predette, comandiamo sotto pena à nostro arbitrio, di applicarsi da Noi à luoghi pij, penitenze, ed altre ordinate da' Sacri Canoni, e Constitutioni Apost. contro i transgressori della santa Quaresima, anco dell'Interdetto della Chiesa, e della scommunica, in sussidio, ad arbitrio nostro, secondo la transgressione, e colpa di qualunque contrafacesse, à quanto da Noi stà ordinato nel presente Editto. Dato in Bari nel nostro Palazzo Arciuescouale li 27. Febraro *1676.* I. Archiep. Bareñ. Loco ✠ Sigilli. D. Nicolaus Gallittus Canonicus, & Notarius, &c.

EDITTO

EDITTO

PER L'OSSERVANZA DELLE FESTE.

IOANNES GRANAFEVS, DEI, ET APOSTOLICÆ Sedis Gratia Archiepiscopus Baren. & Canusinus, Sanctissimi D. N. Papæ ALEXANDRI VII. Familiaris, & Dominus Terræ Bitritti, &c.

E Precetto Diuino, che li giorni di Festa siano santificati, e celebrati Religiosamente con diuotione da tutti, e di ciò il Sacro Concilio di Trento hà incaricato ogni Prelato, acciòche nella sua Città, e Diocese li faccia celebrare, & osseruare inuiolabilmente: e Pio V. di santa memoria per le sue Bolle rinouando li Statuti, e Canoni antichi sopra questa osseruanza; fece alcune prouisioni, e comandò espressamente à gli Ordinarij de' Luoghi, che procurassero la diligente essecutione, e per questa causa imponessero pene contra li trãsgressori à loro arbitrio, in conformità, & essecutione delle quali, così nel Sinodo Diocesano della buon. mem. di Monsig. Caracciolo sono stati fatti alcuni Decreti in questa materia, per li quali sono stati prohibiti gli abusi, e corruttele, che in questa Città, e Diocese erano più frequentati contra l'osseruanza di esse Feste, e disturbo, & impedimento alla loro conueniente, e debita sãtificatione. E perche con l'esperienza habbiamo veduto, che in questa Città, & habbiamo inteso da buon luogo, che nella Diocese, non ostante questo, varie persone perseuerano in detti abusi, e corruttele con gran pregiuditio dell'honor di Dio,

Dio,e dell'osseruanza che deuono alli sacri Canoni, Constitutioni,e Concilij, per le quali habbiamo fatto queste prohibitioni; già che sappiamo,che questi publici peccati, e principalmente in quel che spetta al culto Diuino sogliono più grauemente prouocar l'ira di Dio sopra i Popoli,& à Noi spetta per ragione dell'officio Nostro Pastorale leuarli via, e procurare con effetto si esseguiscano le sudette prouisioni, & ordini. Però con questo Nostro Editto per prima,seconda, e terza peremptoria monitione, comandiamo l'infrascritte cose,sotto le pene infrascritte, alle quali siano tenuti non solo quelli, che immediatamente controuerranno, ma ancora chi farà controuenire gli altri, come i Padri li figliuoli, li Padroni i lor seruitori, & i Maestri li loro lauoranti.

Primieramente comandiamo, che ogni persona di qualsiuoglia stato, grado, e conditione che sia inuiolabilmente osserui quanto è stato ordinato nel Sinodo di questa Chiesa dal detto Illustrissimo Mõsignor Caracciolo di buon. mem. intorno all'osseruanza, e santificatione de i giorni di Festa, la cui osseruanza incomincia,come in detto Sinodo è stato dichiarato, dalla meza notte precedente il giorno d'essa Festa, sino passata l'altra meza notte seguente,ordinãdo sotto pena di 20. libre di cera lauorata per ciascheduno, & ogni volta, & in sussidio sotto pena di scommunica, conforme al Decreto Sinodale, che così si debba osseruare da Carrettieri,Cauallari,Mulattieri,Condottieri,Barbieri,Panettieri,Fornari,Molinari,Sarti, Calzolari,e da altri Bottigari,Artegiani, e loro seruitori, garzoni,e lauoranti, & altre persone di qualsiuoglia arte,professione,& essercitio che siano, e che specialmente nell'istessi giorni non si partino intorno della Città,ò Terra, nè si cauino fuori cose per vendere,

come libri,imagini,pitture,merciarie,fiori,piante,vcelli, & altre cose ; leuate però le cose comestibili, e mangiatiue,non si ari,ne zappi, ne si facciano altre opere seruili,sotto l'istessa pena. Non si vendi, nè compri cosa alcuna, se non quello che bisognerà al vitto di quel giorno à gl'infermi.

Item,che li Macellari,Pizicarie, & altre Botteghe di cose necessarie al vitto quotidiano, non debbano stare tutti aperti,nè la robba possa tenersi fuora, ma solo possa vendersi col porticello aperto dentro la Bottega.

Item,che l'altre non tante necessarie al vitto quotidiano,come grano,orzo,& altro non si possa vendere auanti che sia finita la Messa solenne, ma dopò con licenza Nostra,ò del Nostro Vicario Generale, e per la Diocese con licenza de gli Arcipreti.

Non si tenga scola di ballare, sonare, ò di scrima sotto l'istessa pena.

Non si faccino mercati, come nel Sinodo predetto è stato Decretato.

Non si tengano aperte Botteghe di panni di tela,di seta,ò di altre Merciarie, se non per cagion di transito alle loro case quando altro non potessero fare, sotto la pena sudetta.

Non si essercitano li Ciarlatani,e simili sorte di gente le loro vane ciance,nè vendano qualche cosa,benche sotto pretesto di vendere medicamenti, sotto l'istessa pena.

I Giudici non faccino atti giudiciali,e li Notari nō facciano stipule,nè cautele senza licenza nostra,ò del nostro Vicario Generale,e per la Diocese senza licenza degli Arcipreti,alli quali diamo facoltà, che possino nelli casi vrgenti dare licenza, incaricando la loro conscienza ; ma per conto del seminare,condurre il

mosto

mosto, e biade alle case,non possino dare questa licenza.

Et acciò che questo nostro Editto venga in notitia di tutti,ordiniamo che vna volta si legga infra Missarum solemnia al Popolo,e la copia si affigga alle porte delle Chiese Maggiori; e così vogliamo che fatta tale affissione habbia l'istessa forza,come se à tutti fusse stato intimato, e particolarmente notificato.

Dato

Gio:Granafei Arciuescouo di Bari,e di Canosa.

Locus ✠ Sigilli.

Publicatum,& affixum die vt sup.

D.Nicolaus Donatus Gallittus Actuarius.

In Bari, Appresso Francesco Zanetti, 1667.

Con licenza de' Superiori.

FESTE CHE SI OSSERVANO nella Curia Arciuescouale.

GENNARO.

1 Dalla Circoncisione del Signore fino alli 6. del mese l'Epifania.

17 S. Antonio Abbate.

20 Li SS. Fabiano, e Sebastiano Martiri.

25 La Conuersione di S. Paolo Apostolo.

FEBRARO.

2 La Purificatione della B. V.

3 S. Biagio Vescouo,e Martire.

5 S. Agata Vergine, e Martire.

9 S. Apollonia Vergine, e Martire.

22 La Catedra di S. Pietro Apostolo.

24 S. Mattia Apostolo, nel bisesto alli 25.

MARZO.

Nel primo Marterdì S. Maria di Costantinopoli

7 S. Tomaso d'Aquino.

12 S. Gregorio Papa.

19 S. Gioseppe Sposo della B. V.

20 S. Gioachimo Padre della B. V.

21 S. Benedetto Abbate.

25 L'Annunciatione della B. V.

APRILE.

2 S. Francesco di Paola Confessore.

11 S. Leone Papa.

25 S. Marco Euangelista.

29 S. Pietro Martire.

MAGGIO.

1 SS. Filippo, e Giacomo Apostoli.

3 L'Inuentione della S. Croce.

8 L'Apparitione di S. Michele Arcangelo.

9 La Translatione di S. Nicolò Vescouo.

18 S. Maria della Vita.

GIVGNO.

11 S. Barnaba Apostolo.

13 S. Antonio da Padoua.

15 Li SS. Vito, Modesto, e Crescentia Martiri.

24 La Natiuità di S. Gio: Battista.

29 Li SS. Pietro, e Paolo Apostoli.

LVGLIO.

3 La Visitatione della B. V.

16 S. Maria del Carmine.

22 S. Maria Maddalena.

25 S. Giacomo Apostolo.

26 S. Anna Madre della B. V.

30 S. Ignatio Loiola Confessore.

AGO-

AGOSTO.

1 S. Pietro ad Vincula.
2 S. Maria degl'Angioli.
4 S. Domenico Confessore.
5 S. Maria della Neue.
6 La Trasfiguratione del Signore.
7 S. Donato Vescouo, e Confessore.
10 S. Lorenzo Martire.
12 S. Chiara Vergine.
15 L'Assuntione della B. V.
16 S. Rocco Confessore.
25 S. Bartolomeo Apostolo.
28 S. Agostino Vescouo, e Confessore.
29 La Decollatione di S. Gio: Battista.

SETTEMBRE.

8 La Natiuità della B. V.
10 S. Nicolò Tolentino.
14 L'Esaltatione della S. Croce.
17 Il Nome della B. V.
19 Li SS. Gennaro, e Compagni Martiri.
21 S. Matteo Apostolo.
29 La Dedicatione di S. Michele Arcangelo.
30 S. Girolamo Confessore, e Dottore.

OTTOBRE.

4 S. Francesco Confessore.
15 S. Teresa Vergine.
18 S. Luca Euangelista.
28 Li SS. Simeone, e Giuda Apostoli.

NOVEMBRE.

1 La Festa di tutti li Santi.
2 La Commem. di tutti i Fedeli defonti.
6 S. Leonardo Confessore.
11 S. Martino Vescouo.

S.Die-

12 S. Diego Confessore.

21 La Presentatione della B. V.

25 S. Catarina Vergine, e Martire.

30 S. Andrea Apostolo.

DECEMBRE.

1 S. Eligio Vescouo, e Confessore.

3 S. Francesco Sauerio Confessore.

6 S. Nicolò Vescouo, e Confessore.

7 S. Ambrosio Vescouo, e Confessore.

8 La Concettione della B. V.

10 L'Inuentione di S. Sabino Vescouo, e Confes.

13 S. Lucia Vergine, e Martire.

21 S. Tomaso Apostolo.

Dalla Vigilia di Natale del Signore per tutta la Santa Epifania, che sono giorni quattordici.

Di più

Dalla Domenica vltima di Carneuale fino à tutto il dì del primo di Quaresima, che sono quattro giorni.

Della Domenica delle Palme per tutta la Settimana Santa fino all'ottaua di Pascha di Resurrettione, che sono quindeci giorni.

Il dì dell'Ascensione del Signore.

Il dì della Pascha di Pentecoste, con il Lunedì, e Marterdì.

Il dì del Santissimo Coropo di Christo.

FESTE DI PRECETTO dichiarate tali da Papa Vrbano VIII.

GENNARO.

1 La Circoncisione del Signore.

6 L'Epifania del Signore.

FE-

FEBRARO.

2 La Purificatione della B. V.
24 S. Mattia Apostolo.

MARZO.

19 San Giuseppe Confessore, Sposo della B.V.
25 L'Annunciatione della B. V.

MAGGIO.

1 Li SS. Filippo, e Giacomo Apostoli.
3 L'Inuentione della santa Croce.

GIVGNO.

24 La Natiuità di S. Gio: Battista.
29 Li SS. Pietro, e Paolo Apostoli.

LVGLIO.

25 S. Giacomo Apostolo.
26 S. Anna Madre della B. V.

AGOSTO.

10 S. Lorenzo Martire.
15 L'Assuntione della B. V.
25 S. Bartolomeo Apostolo.

Le Domeniche di tutto l'anno.

Le due Feste, che seguitano la Pascha di Resurrettione, e la Pascha di Pentecoste.

L'Ascensione del Signore, & il Santissimo Corpo di Christo.

SETTEMBRE.

8 La Natiuità della B. V.
21 S. Matteo Apostolo.
29 La Dedicatione di S. Michele Arcangelo.

OTTOBRE.

28 Li SS. Simone, e Giuda Apostoli.

NOVEMBRE.

1 Tutti i Santi.
30 S. Andrea Apostolo.

DECEMBRE.

21 S. Tomaso Apostolo.
25 La Natiuità del Signore.
26 S. Stefano Protomartire.
27 S. Giouanni Apostolo, & Euangelista.
28 Li SS. Innocenti Martiri.
31 S. Siluestro Papa.

Feste di Precetto di due Padroni del Regno di Napoli.

19 Di Settembre S. Gennaro Martire, fatto da Papa Gregorio XIV. doppio per il Regno di Napoli, e da guardarsi per tutto il Regno.
4 Di Agosto S. Domenico Confessore, fatto da Papa Alessandro VII. 1664.

Feste di Precetto nella Città, e Diocesi di Bari.

Nel primo Marterdì di Marzo la Solennità della B. V. Maria di Constantinopoli.
Alli 9. di Febraro San Sabino Vescouo, e Confessore.
Alli 6. di Decembre S. Nicolò Vescouo, e Confessore.

***

EDITTO

EDITTO

DEL CHORO,

IOANNES GRANAFEVS, DEI, ET APOSTOLICÆ Sedis Gratia Archiepiscopus Baren, & Canusinus, Sanctissimi D. N. Papæ ALEXANDRI VII. Familiaris, & Dominus Terræ Bitritti, &c.

DOuendosi nel Choro, come dice il Profeta, lodare Nostro Signore: la disciplina del Choro è piena di religione, e pietà, e tutti quelli che iui conuengono per celebrare le diuine lodi, non solo deuono pensare, e meditare la santità di quel luogo, ma l'officio che faranno di Angioli in lodare Sua Diuina Maestà. Però desiderando Noi, che da tutti i Reuerendi Canonici, e da altri astretti al Choro della nostra Chiesa Metropolitana di Bari, come all'altre Chiese Collegiate, e Parochiali, ò Archipresbiterali della nostra Diocese s'attenda al celebrare i Diuini officij con quella deuotione che si conuiene, habbiamo voluto col presente Editto prohibire quelle cose che potrebbono impedire questa santa opera.

Primieramente essortiamo tutti prima che conuẽgano à questo santo luogo, che attentamente pẽsino che hauerãno da parlare con Dio nostro Creatore, e però non solo non deuono fare, nè tampoco cõcepire nella mente qualche cosa, che possa offendere gli occhi di Sua Diuina Mestà, ma ciascuno si prepari cõ ogni attentione, e diligenza, e con la meditatione dell'ani-

mo, che salutarmente manda in essecutione il culto esteriore delli diuini officij.

Item, ordiniamo sotto pena di venti punti per ciascuno, e per ogni volta che si controuerrà, che nel Choro tutti assistano vestiti delle loro Cotte, & insegne, sì nelli giorni Festiui, come Feriali, e conuengano tutti senza eccettione, dato il segno solito della campana.

Item, ordiniamo sotto la pena predetta, che l'Officio si dica puntatamente, e distintamente, facendosi la pausa doue bisognarà, e si osserui ad vnguem quanto nelli Sinodi de' nostri predecessori Arciuescoui, e da Noi è stato decretato.

Item, ordiniamo sotto l'istessa pena, & altre à nostro arbitrio, che nel Choro nessuno ardisca portare guanti, e cappelli, ma ciascuno porti la sua Baretta Clericale.

Item, ordiniamo sotto l'istessa pena, che dal Choro, cominciato l'Officio, nessuno parta senza licenza del Capo, come nelli Sinodi predetti è stato prouisto, il quale non la conceda, se non per cagioni vrgenti, e giuste.

Item, ordiniamo che nel Choro non si dorma, nè si rida, nè si burli, nè si facciano brighe di parole, nè si facciano ragionamenti, sotto l'istessa pena, & altre à nostro arbitrio.

Item, ordiniamo che nessuno astretto al Choro habbia ardire à tempo, che si dicono li Diuini officij, e cantano le Messe andare vagando, e passeggiando per la Chiesa, sotto pena di vn mese di carcere, oltre li venti punti, nè tampoco di stare fuori del Choro senza Cotta à quel tempo, sotto pena di venti punti.

Item, ordiniamo, che all'istesso tempo si dirà il Diuino officio, nessuno ardisca di mutar luogo, sotto pena di pagare venti punti, ma ogn'uno stia nel suo stallo, ò luogo.

Item

Item, ordiniamo ſotto l'iſteſſa pena, che neſſuno ardiſca dire in Choro l'Officio priuatamente, mentre ſi recita communemente.

Item, ordiniamo ſotto l'iſteſſa pena, che neſſuno à quel tempo legga libri, ò lettere, nè ragioni con altri, benche di coſe honeſte.

Item, che neſſuno ardiſca partire dal Choro, benche finito l'Officio, ſe non dato il ſegno dall'Eddomadario.

Item, ordiniamo che neſſuno ſotto pena à Noi riſeruata, oltre la ſopradetta delli punti, vada con la Cotta veſtito fuora della Chieſa, ſe non per cagioni di proceſſioni, ò di miniſtrare Sacramenti.

E perche vogliamo che queſti noſtri Ordini fatti per ſeruitio di Dio ſiano eſſeguiti, ordiniamo ſotto pena di dieci ducati per ogni volta ſi controuerrà all'Archidiacono della noſtra Chieſa Catedrale, & in ſua aſſenza all'Arciprete, e così al primo che ſarà nel Choro; & à gli altri luoghi della noſtra Dioceſe à gli Arcipreti, che debbiano ſubito far puntare in caſu nō obſeruantiæ. Et acciò che non s'alleghi cauſa d'ignoranza il preſente dopò hauerlo fatto leggere ſi affigga nella Sacriſtia. Dato

Gio: Granafei Arciueſcouo di Bari, e di Canoſa.

Locus ✠ Sigilli.

Publicatum, & affixum die, vt ſup.
D. Nicolaus Donatus Gallittus Canonicus, & Actuarius.

In Bari, Appreſſo Franceſco Zanetti, MDCLXVII.
Con licenza de' Superiori.

CONSTITVTIO CONTRA SOLLICITANTES IN CONFESSIONIBVS.

GREGORIVS PAPA XV.

VNiuersi Dominici gregis curam quamquam immeriti cęlesti dispositione gerentes, sedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conseruetur immunis, multoque maiori studio prouidere, vt omnis pestis auertatur, quibus alios sanandi, officium est commissum; nè quod Euangelica scripta nos admonet sale infatuato, non sit, in quo saliatur, & ad nihilum prosit vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pōtificibus prædecessoribus nostris quibusdam in locis prouisum fuit, vt impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christi fideles non esse; sed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur. Videlicet vt aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, sacrosancto pęnitentiæ Sacramento sollicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex cęlesti medico infernalis veneficus, ex parte spiritali proditor execrabilis animarum reddatur; Idcirco nos ea, quæ his perniciosissimis Diaboli insidijs arcendis certis locis salubriter constituta sunt, vt nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur prouidēdum duximus. Alias siquidem à fel.rec. Pio Papa IV. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequētis, videlicet.

Pius

Pius Papa IV. Ven. Fratri Archiepiscopo Hispalen. in Regnis Hispaniarum hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali. Cum sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, diuersi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœcesibus curam animarum habentes, siuè eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis confessionibus pęnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento pęnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit, Domino Deo, & Saluatori nostro Iesu Christo iniuriam facere vereãtur; Mulieres videlicet pęnitentes ad actus inhonestos; dum earum audiunt confessionem, alliciendo, & prouocando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis, grauiori peccatorum mole, eas onerando, & in manibus Diaboli tradẽdo in Diuinæ Maiestatis offensam, & animarum perniciem Christi fidelium scandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de fide Catholica benè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seù alios à te deputandum, vel deputãdos contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœcesum de præmissis quomodolibet diffamatos, tàm sæculares, quàm quorumuis etiã exemptorũ, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum Regulares cuiuscũque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tàm super præmissis, quàm super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxtà facultatem tibi contra Hæreti-

cos, aut de hæresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas ; ac culpabiles repertos iuxtà excessuum suorum qualitates, prout Iuris fuerit punias, eos etiamsi, & prout de Iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione sæcularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam Iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & Litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet cõcessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus eorum tenores, presentibus pro expressis habẽtes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscũque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 16. Aprilis 1562. Pontificatus nostri anno secundo.

Igitur, vt litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione nostra, de cõsilio Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum preinsertas litteras huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta, Apostolica authoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, illasque non solum in prædictis Regnis Hispaniarum; sed in quibusuis Christiani Orbis partibus, firmiter, & inuiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus. Ac

prop-

propterea nè de pęna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singulis Sacerdotes, tàm sæculares, quàm quorumuis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinũ, Institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares cuiuscũque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti existant, qui personas quæcumque illæ sint ad inhonesta, siuè inter se, siuè cum alijs quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis, siuè ante, vel post immediatè, seù occasione, vel prętextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non secuta, siuè extra occasionem confessionis in Confessario, aut in loco quocumque vbiConfessiones Sacramentales audiuntur, seù ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis sollicitatos, & inhonestos sermones, siuè tractatus habuerint in Officio sanctæ Inquisitionis sęuerissimè, vt infra, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & Locorum vniuersi Orbis Christiani, in suis quemque Diœcesibus, & Territorijs, per has nostras Litteras, etiam priuatiuè, quoad omnes alios specialiter, ac perpetuò Iudices delegamus; vt super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei iuxtà Sacrorum Canonum formam, necnon Officij inquisitionis huiusmodi Constitutiones Priuilegia, Consuetudines, & Decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminũ qualitate, & circumstantijs, suspensione ab executione

ne

ne Ordinis priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & passiuæ. Si Regulares fuerint exilij damnationis ad triremes, & carceris etiã in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant, eos quoque si pro delicti enormitate grauiores pęnas meruerint debita præcedenti degradatione Curiæ Sæculari puniendos tradant. Dantes etiã facultatem Ven. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, nè delictum tàm enormè & Ecclesię Dei tàm perniciosum remaneat ob probationem defectum impunitum cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus concurrẽtibus præsumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Sæculari Curiæ, vt præfertur, reum tradendum esse pronunciandi, non obstantibus omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis Litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque Mandantes omnibus Confessarijs, vt suos pęnitentes, quos nouerint, fuisse ab alijs, vt supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seù vt præfertur tractantes, Inquisitoribus, seù locorum Ordinarijs prædictis. Quod si hoc officium prætermiserint, vel pęnitentes docuerint, non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seù tractantes, vt supra, ijdem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem vt his etiam transumptis etiam impressis, manu alicuius Notari publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis fides habeatur, quæ præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque eædem præsentes Litteræ, seù illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranen.

ranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuiq; personaliter intimatæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 30. Augusti 1622. Pontificatus nostri anno secundo. S.Card.S.Susanna.

Super eadem Constitutione contra Sollicitantes &c. Excussum est Neapoli exemplum litterarum Illustrissimi Domini Cardinalis Millini ad Illustrissimum Dominum Cardinalem Carafam Archiep. b. m. tenoris sequentis.

A tergo. *All'Illustrissimo, e Reuerendissimo Sig. mio osseruandissimo il Sig. Cardinal Carafa. Napoli.*

Intus vero. *Illustrissimo, e Reuerendissimo Signor mio osseruandissimo.*

Dopò essersi hauuta lunga, e matura consideratione sopra il dubbio significato da più bande, se i penitenti siano obligati à denunciare i Cōfessori, da' quali sono stati sollecitati nel luogo, ò atto della confessione; quando hanno consentito alla sollecitatione. Nostro Signore, e questi miei Signori Illustrissimi in Congregatione tenuta auanti Sua Santità à 25. di Luglio passato, dopò hauer anco inteso il parere d'una particolare Congregatione deputata per questo effetto, hanno risoluto, che qual si uoglia penitente è tenuto à denunciare il Confessore, dal quale sarà stato sollecitato nel luogo, ò atto della confessione, ancorche egli habbia acconsentito, e non è tenuto à propalare il proprio consenso, nè sopra ciò s'interroghi dal Vescouo, ò Inquisitore, ò loro Vicarij, auanti de' quali deporrà, nè meno il Confessore denunciato, procedendosi poi contro di lui, nè i constituiti che se gli faranno s'inter-

terroghi sopra detto consenso, & in caso ch'egli volesse dirlo da sè, non si scriua il sudetto, come in ordine alla persona sollecitata, non spettante all'officio della S. Inquisitione: Le parti dunque di V.S. Illustrissima sono di significare la detta risolutione à i Confessori, & incaricargliene strettamente l'osseruanza; acciò ne i casi, che occorrono alla giornata, conforme al tenor della Constitutione publicata da Gregorio XV. san. mem. contro i Confessori sollecitanti, significhino à i Penitenti l'obligo che hanno di denunciare i Confessori, da i quali saranno stati sollecitati, & hauendoli consentito, e facendo difficoltà in scoprire il proprio consenso, conforme alla resolutione che si è fatta, li dichino apertamente, che non sono tenuti à propalare il detto consenso, e che tanto essi Penitenti, quanto i Confessori sollecitanti procedendosi contro di loro, non saranno di ciò interrogati, e dicendo da sè, non si scriuerà, nè riceuerà il loro detto; E quando tuttauia il Penitente persistesse nella medesima renitenza, Nostro Signore si contenta, che dal Vescouo, ò dall'Inquisitore si dia autorità al Confessore di riceuere per scrittura, e con giuramento la denuncia, per poterla subito à chi haurà data l'autorità di pigliarla; E se oltre le cose sudette occorrerà altro caso graue, per il quale non si possa il Penitente indurre à denunciare, vuole Sua Santità, che se ne scriua quì, e s'aspetti la risposta, & in tanto si soprafeda nell'assolutione: E tanto si contenterà V.S. Illustrissima di far osseruare nella sua Diocesi, facendo registrare la presente negli atti di cotesta Corte per informatione sua, e de' suoi Successori, li quali douranno hauer mira, che la presẽte risolutione riguarda solo quei Penitenti, che per hauer consentito fanno difficoltà in denunciare; ma quei che non hanno consentito, ò hauendo consentito non sono in ciò renitenti, non deue il Confessore porre difficoltà alcuna; mà lasciare, che indifferen-

temen-

rentemente, e liberamente sodisfaccino all'obligo, ch'hãno di denunciare, conforme alla detta Constitutione; Compiacendosi anco V. S. Illustrissima di mandare copie della presente à i Vescoui suoi Suffraganei, acciò che da essi ancora sia fatta osseruare la sudetta risolutione. E per fine à V. S. Illustrissima humilmente bacio le mani. Di Roma li 27. di Settembre 1624.

Di V.S. Illustrissima, e Reuerendissima

Humilissimo, & affettionatissimo seru.

Il Cardinal Millino.

Item, & aliæ litteræ vt infra de eadem materia.

A tergo. *Al Molto Reuerendo Signore, Il Signor Vicario Generale di Salerno. Adest sigillum.*

Intus vero. *Molto Reu. Signore. Accio più fondatamente si proceda contro i sollecitanti in confessione. Questa Suprema Congregatione ordina, che per il detto di vna sola donna non venghi à constituire il preteso reo senza prima darne qui l'auiso, con relatione della qualità della donna, del denunciante, e denunciato, & all'hora si scriuerà à V. S. se debba, ò nò procedere à constituirlo, e carcerarlo: Sarà anco V. S. contenta di significare questo ordine medesimo à i Vescoui suoi comprouinciali, acciò etiandio da loro sia eseguito; & il Signor Iddio le conceda ogni bene. Di Roma li 17. Luglio 1627.*

Di V. S.

come fratello

Il Cardinal Millino.

EDITTO

SOPRA LA PROHIBITIONE DELL'ARMI.

GIOVANNI GRANAFEI, PER LA GRATIA DI DIO, E della Santa Sede Apostolica Arciuescouo di Bari, e di Canosa &c.

PErche l'esperienza ci insegna, che se bene i Superiori prouedono essattamente à tutte le cose, che stimano necessarie per il buon gouerno, e retta amministratione del loro officio, con tutto ciò fraponendosi il tempo, pare che ogni buon' ordine si vada interponendo, e ponendo in desuetudine, come particolarmente auuiene intorno alla prohibitione dell'armi sopra la quale i nostri Predecessori Arciuescoui di b. m. hanno con decreti Sinodali, Ordini, & Editti particolarmente prouisto, & ancora Noi dal canto nostro per supplire all'officio nostro Pastorale n'habbiamo non meno incaricata l'osseruanza: ma con tutto ciò si vede che molti Preti, Clerici, & altre persone Ecclesiastiche scordati del debito loro continuano tuttauia di andare armati d'armi prohibite, con molto nostro dispiacere, habbiamo voluto rinouare nella memoria di tutti l'osseruanza di detti Statuti Sinodali, & Editti, & anco d'aggiungere qualche altra pena pecuniaria, dalla quale attimoriti si estirpi affatto questo abuso di portar armi in questa Città, e tutta la nostra Diocese; Però col presente Editto anco per via di Constitutione, Prouisione, & ogni altro miglior modo, ordiniamo, e comandiamo che niuno soggetto alla nostra giurisdittione ardisca di portar Scopettoli, Terzarole,

ste, Stiletti, Pugnali, Cortelli à fronde d'oliua minori di trè palmi; e se alcuno sarà pigliato, ouero commetterà qualche delitto con alcuna di dette armi, quantunque di quelle non si seruisse, se sarà nobile da mò per allhora lo condenniamo in vn ristretto carcere da dichiararsi da Noi per trè anni continui, & anco alla pena di trecento ducati, & altre riseruate à nostro arbitrio: se sarà ignobile lo condenniamo anco alla pena di trecento ducati, & altre à nostro arbitrio, & anco à seruire per sè stesso nelle Galere Pontificie per trè anni continui, dichiarando che li controuenienti incorreranno ipso facto à quelle pene da Noi stabilite, e decretate; e per riparare maggiormẽte, e togliere affatto le dette armi dalle mani de' Preti, Clerici, e persone Ecclesiastiche, oltre le sudette pene cominate, vi aggiungemo anco le pene spirituali, ordinando sotto pena di scommunica latæ sententiæ ipso facto incurrenda, che niuno possa portare dette armi prohibite, Archibugetti, Terzarole, Stiletti, e Cortelli à fronde d'oliua minori di trè palmi; e vogliamo che alla detta censura si incorra dopò trè giorni della publicatione, & affissione del presente Editto, l'assolutione della quale riseruiamo à Noi, & al nostro Vicario Generale solamente, riuocando col presente ogni facoltà concessa di portar detti armi.

Colui che sarà conuinto da due testimonij degni di fede d'hauer portato alcune di dette armi prohibite minori di trè palmi, da mò per allhora, & in caso di controuentione sudetta, lo condeniamo in esilio da tutta la nostra Diocesi per trè anni, & anco alla pena di ducati cento.

Chi andarà armato di Zoffione, ò Scoppi à focile, ò rastelli, cortella, meza spada, ò altra sorte d'armi, più lunga di trè palmi, e meno di quattro, e sarà qualche

de-

delitto, quantunque non si seruisse di dette armi, lo condenniamo da mò per allhora in due anni di relegatione in vn luogo da dichiararsi da Noi, seguendo il caso, & anco à ducati cento, & altre pene a nostro arbitrio; e chi le portarà senza cōmettere delitto ogni volta che sarà pigliato con dette armi lo condāniamo alla pena di trenta ducati, & altre à nostro arbitrio; e chi similmente portarà scoppetta à miccio, ò spada resta condēnato alla solita pena di dieci ducati.

E per togliere, e sradicare affatto il delitto dell'asportatione di dette armi, habbiamo considerato esser espediente il prohibire ancora la loro retensione nelle case particolari, e domicilij proprij, poiche certa cosa è, che la commodità di ritenerle in casa può facilmente somministrare occasione di nuoui delitti, e rumori in ogni caso, che occorra. Con questo medemo Editto, anco per via di Constitutione, Prouisione, Decreto, & ogni altro miglior modo, ordiniamo, e comandiamo à tutti i Clerici, Preti, & altre persone Ecclesiastiche à Noi soggetti, che non ardiscano tenere in casa propria sotto qualsiuoglia pretesto armi prohibite, come sono le dichiarate di sopra, Scopettoli, Terzarole, Stiletti, Pistole, Cortelli à fronde d'oliua, & ogni altra sorte d'armi di fuoco minore di trè palmi, daghe, & altre sorti d'armi puntite, sotto pena di galera, & altre à nostro arbitrio riseruate, conforme la contumacia de' colpeuoli, oltre la perdita di dette armi: Et acciò venga à notitia di tutti, ordiniamo che il presente s'affigga in luoghi publici di questa Città, e si mandi con lettere circolari à' Vicarij della nostra Diocesi, e dopò affisso, & inuiato come di sopra, lega tutti, come se fussero stati citati di persona. Dato in Bari nel nostro Palazzo Arciuescouale li 2. Marzo 1669

Gio: Arciuesc. di Bari, e di Canosa. Loco † Sigilli.

Amo-

Amouentes, lacerantes, deturpantes, vel hæc fieri mandantes, aut consulentes sint ipso facto excommunicati, absolutione Nobis tantum reseruata.

D. Nicolaus Donatus Gallittus Canonicus, & Notarius.

Giorni destinati alli Reuerendi Capitoli per l'accessi alla Visita, ò sia à prestare l'vbbidienza à Monsignore Illustrissimo Arciuescouo, e suo Molto Reuerendo Capitolo, secondo l'antichissima, & immemorabile Consuetudine dentro l'ottaua dell'Assunta della Beatissima Vergine Titolare della Chiesa Metropolitana di Bari, e successiuamente, e sono.

AGOSTO.

16 Bitritto.
Cassano.
17 Noia.
18 S. Eramo.
S. Nicandro.
Binetto.
19 Triggiano.
Valenzano.
Ceglie.
Carbonara.
Loseto.
Canneto.
Monterone.
20 Palo.
Grumo.
Turitto.
21 Gioia.
Casamassima.
Cellamare.
S. Michele.
22 Acquauiua.
23 Mola.
24 Capurso.
25 Modugno.

Consti-

CONSTITVTIONE D'INNOCENTIO X.

Sopra li Conuenti ſoppreſſi, e decreto della Sacra Congregatione ſopra lo ſtato de' Regolari, con l'approuatione del medemo Papa Innocentio X. ſopra la reintegratione di detti Conuenti ſop preſſi, e di alcuni altri ſoggettati alla giurisdittione dell'Ordinario, come Delegato della Sede Apoſtolica; come ancora dechiarationi de' dubbij riſoluti dalla ſteſſa Congregatione ſopra lo ſtato de' Regolari, approuati da Aleſſandro Settimo, allhora Papa Regnante, che ſoſſieguono ſucceſſiuamente.

INNOCENTIVS Papa X. fel. recordationis in ſua Conſtitutione, quæ incipit. Inſtaurandæ ob iuſtas, & legitimas cauſas in ea contentas, de voto Congregationis aliquorum Eminentiſſimorum Cardinalium, & Illuſtriſſimorum Prælatorum ſuper ſtatu Regularium ab ipſo deputatorum, Conuentus quorumcumque Monachorum, & Regularium virorum bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium cuiuſcumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cuiuſuis alterius Inſtituti, etiam Societatis Ieſu, & quæuis Hoſpitia, vel Grancias, ſeù alterius Monaſterij membra in litteris ab eadem Sacra Congregatione propè diē expediendis, nominatim exprimenda, exiſtentia intra fines Italiæ, & Inſularum adiacentium, in quibus ob paruum numerum Religioſorum regularis diſciplina, iuxtà peculiaria cuiuſcumque Ordinis Inſtituta ſeruari non poterat, authoritate Apoſtolica perpetuò extinxit, ſuppreſſit, aboleuit, & ab omnibus Regula-

rium

rium seruitutibus totaliter exemit, & sæcularizauit, reseruata tamen ipsi S. Congregationi facultate conseruandi Religionibus aliquem ex Conuentibus expressis in ijsdem litteris, si hoc ex aliqua causa expedire iudicauerit, saluis etiam Iuribus, quæ illorum Fũdatoribus Conuentuum, sic suppressorum, vel alijs ex Sacrorum Canonum præscripto, vel ex priuilegio Apostolico quomodolibet competerent; & alia idem Summus Pontifex in eadem sua Constitutione expressa iussit, ac innouauit Constitutiones fel. rec. Bonifacij VIII. quæ incipit. Cum ex eo; necnon Clemẽtis VIII. incipientem. Quoniam ad Instituta, aliorumque Romanorum Pontificum suorum Prædecessorum, super erectione nouorum Conuentuum editas, & illis addendo mandauit, nè quis deinceps Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cuiusuis alterius Instituti, etiam Societatis Iesu in aliqua Ciuitate, Castro, Villa, seù loco nouas ad habitandum domos, vel loca quæcumque de nouo recipere, seù Monasteria, Conuentus, vel Collegia incipere, vel fundare præsumat, absque speciali licentia Sedis Apostolicæ plenam, & expressam mentionem de hac prohibitione faciente in scriptis concedenda, præuia examinatione Sacræ Congregationis negotijs Episcoporum, & Regularium præpositæ, sub pęnis in ipsa Constitutione contentis, & præsertim nullitatis, & inualiditatis, eo ipso earumdem erectionum, & fundationum, & vt domus, at ipsa loca, & personæ in eis degentes omninò Iurisdictioni, Visitationi, & Correctioni Ordinarij loci in omnibus plenè subiaceant.

Vt in paruis Regularium virorum Conuentibus à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papa X. in

Constitutione, quæ incipit. Instaurãdæ, primum suppressis, ac deindè ad ipsius Constitutionis limites ob rationabiles causas in pristinum statum regularem restitutis, & ipsis Religionibus denuò concessis piè, & religiosè viuatur, ac Regularia Instituta, quò exactiùs fieri potest obseruentur, Sanctitas Sua ex sententia S. Congregationis super statu Regularium, omnes, & singulos Conuentus huiusmodi sic, vt præfertur, restitutos, & concessos in litteris ab eadem Sacra Congregatione expediendis nominatim exprimẽdos, ac personas tàm Regulares, quàm Sæculares in eis degentes Visitationi, Correctioni, & omnimodę Iurisdictioni Ordinarij loci, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegati, præsentis decreti tenore plenè in omnibus subiecit, ac subiectos esse declarauit, donec ipsorum redditus, eousq; audacti fuerint, vt in eis commodè sustentari valeant, & cum effectu sustententur duodecim Religiosi, ad Apostolicorum decretorum præscriptum, idque eidem Sacræ Congregationi legitimè constiterit, & eius decreto in singulis singulis contingentibus casibus declaratum fuerit, & nõ aliter. Interea verò voluit Sanctitas Sua, vt in eorum singulis ali debeant, & re ipsa alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis, alioquin gratia Restitutionis, & concessionis huiusmodi nulla sit, & inualida, & Ordinarij locorum in illis exequi possint ea omnia, quæ in alijs Conuentibus itidem suppressis, per eamdem Constitutionem ipsis demandantur, perindè, ac si gratia prædictæ Restitutionis, & concessionis non emanasset. Insuper quia multi sunt Conuentus, in quibus, & si præfixus fuerit numerus Religiosorum sufficiens ad obseruantiam Regularis disciplinæ, & idcirò in suppresione antedicta non fuerint compre-

hen-

hensi;nihilominus,siuè ob redditiuum diminutionem, siuè ob Superiorum incuriam, vel malam administrationem, siuè ob carentiam Religiosorum, aut aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob causam prædictus numerus cum effectu in eis non alitur,cum graui detrimento Regularis obseruantiæ: Sanctitas Sua intendens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos eiusmodi Conuentus vt præfertur, non suppressos,cuiuscumque sint Ordinis, tàm Mendicantiũ, quàm non Mendicantium,Congregationis,& Instituti,etiam Societatis Iesu,aut Granciæ, seù membra alterius Monasterij,existentes intra fines Italiæ,& Insularũ adiacentiũ,in quibus nũc non aluntur, vel quandocumque actu non alentur, saltem sex Religiosi itidem probatæ vitæ,quorum ad minus quatuor, vt supra, sint Sacerdotes maturæ ætatis,eidem Visitationi, Correctioni,& omnimodè Iurisdictioni Ordinarij loci similiter, vt Sedis Apostolicæ delegati, plenè in omnibus præsentis pariter decreti vigore subiectos esse statuit,decreuit, & declarauit. Cæterum quoad Conuentus cum pauciori numero, quam duodecim Religiosorum,erectos post diem 21.Iunij 1625. & illorum subiectionem loci Ordinario; Sanctitas Sua voluit in suo robore permanere Decretum s. m. Vrbani VIII. iussu editum, cui per præmissa aliquatenùs derogari non intendit,& prædicta omnia, & singula in præsenti decreto statuta, & ordinata voluit plenarium sortiri effectum, & exequutioni mandari, non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in antedicta Constitutione voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ die 10.Februarij 1654.

Bernardinus Card.Spada.

Prosper Fagnanus S. Cong.Secr.

1 An Episcopus in Conuentibus suæ Iurisdictioni subiectis possit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & Familiam constituere.
2 An possit Episcopus à prædictis Conuentibus Religiosos amouere.
3 An Regulares eorumdem Conuentuum compelli possint ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes administrationis.
4 An Episcopus in eisdem Conuentibus se ingerere possit in his, quæ Regularem disciplinam concernunt.
5 An Ecclesiæ dictorum Conuentuum, & Cappellæ Granciarum, in quibus degunt conuersi pro agrorum cultura ab Episcopo visitari possint.
6 An ipsæ Granciæ, & Conuersi in eis degentes subsint visitationi Episcopi.
7 Quid Ecclesijs, seù Cappellis Granciarum, in quibus nullus degit Conuersus, an similiter subsint Episcopi visitationi.
8 An liceat Episcopo visitare Conuentus, tàm suppressos, & postea restitutos, quàm non suppressos ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi.
9 An Episcopus visitans huiusmodi Conuentus suæ Iurisdictioni suppositos, aut personas in eis degētes, possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia.
10 An Iurisdictio Ordinarijs locorum tamquam Sedis Apostolicæ delegatis attributa in supradicto decreto competat Vicarijs Generalibus Episcoporum, necnon Abbati-

bus,

bus, & alijs inferioribus Prælatis proprium territorium, ac Iurisdictionem, quasi Episcopalem habentibus.

11 An Prouinciales, & alij Superiores Regulares possint eiusmodi Conuentus Iurisdictioni Ordinarij subiectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque Iurisdictionem in eos exercere, sicut poterant ante dictum Decretum.

12 Si Superior Regularis in causa præuenerit contra subditum degentem in aliquo ex eisdē Conuentibus Ordinario subiectis, fabricādo processuum, vel eum carceri mancipādo, an Episcopus possit huiusmodi causam reassumere, ac Superiori inhibere.

13 Si è conuerso Episcopus præuenerit in causa contra Religiosum in tali Conuentu commorantem, an Superiori Regulari eo casu liceat illum amouere, & in alio Conuentu collocare, & si de facto collocauerit, an nihilominus Episcopus possit causam prosequi, ac Religiosum sic amotum reuocare ad primum Conuentum.

14 Si Prouincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conuentu remouere an Episcopus prohibere possit.

15 Si à Conuentu primùm suppresso, ac deindè Religioni restituto absint ex aliqua rationabili causa, & ad breue tempus vnus, vel plures ex numeró sex Religiosorum ibi degentium, an gratia Restitutionis sit nulla, & Conuentus remaneat suppressus vt prius.

16 Quid si à Conuentu non suppresso similiter ex causa rationabili, & ad modicum tempus

abfit

abſit aliquis ex ſex Religioſis ibi exiſtentibus, an durante tali abſentia, Conuentus ſubiaceat Iuriſdictioni Ordinarij.

17 An Religioſo illo redeunte, vel alias impleto numero ſex Religioſorum, Conuentus recuperet priſtinam exemptionem.

18 Si gratia Reſtitutionis Cõuentus ſuppreſſi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam decreti, cum effectu non alantur ſex Religioſi,& poſtea contingat, vt eiuſmodi numerus impleatur, an gratia Reſtitutionis Conuentus reuiuiſcat.

19 Ad hoc vt gratia Reſtitutionis ſit nulla, & Cõuentus denuò remaneat ſuppreſſus, propterea, quòd in eo non ſuſtententur ſex Religioſi, an debeat præcedere declaratoria Epiſcopi ſuper facto præuia cauſæ cognitione.

20 An ab huiuſmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apoſtolicam appellare, ad effectum, tàm deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum.

21 Cum ex Decreti præſcripto quatuor Sacerdotes in his Conuentibus degentes debeant eſſe maturæ ætatis, quænam dicatur ad hũc effectum ætas matura.

Ad primum. Non poſſe.

Ad 2. Poſſe ex rationabili cauſa, commonito tamẽ eius Superiore Regulari ad quem pertinet, vt eoſdem Religioſos aſſignet in alijs Conuentibus.

Ad 3. Poſſe compelli.

Ad 4. Poſſe.

Ad 5. Posse.

Ad 6. Subesse.

Ad 7. Itidem subesse.

Ad 8. Minimè licere, antequam aliundè constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituto.

Ad 9. Expedire, vt Sanctissimus Dominus Noster decernat, & declaret, non licere Episcopo, tales Conuentus visitanti quicquam accipere procurationis nomine.

Ad 10. Competere.

Ad 11. Posse sicut prius, non tamen priuatiuè ad Episcopum.

Ad 12. Non posse, nisi ex iusta causa, veluti cum videt Superiorem Regularem ex odio, vel amore cupiditate, vel metu, aut ex nimia seueritate, vel indulgentia, quid duriùs, aut remissiùs constituere quam causa deposcit, in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur.

Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religiosum ab Episcopo inquisitum à loco amouere, & si amotus fuerit posse Episcopum causam prosequi, & illum quibuscumque remedijs reuocare, etiam inuocato auxilio Ordinarij, & brachio Saeculari, si opus fuerit cuiuscumque loci, in quo Religiosus ille reperiatur.

Ad 14. Non posse.

Ad 15. Gratiam ob id non esse nullam, cessante omni fraude, nec Conuentum remanere suppressum.

Ad 16. Subiacere, durante absentia.

Ad 17. Recuperare.

Ad 18. Non reuiuiſcere.

Ad 19. Debere ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Epiſcopo Cônuentus poſſeſſionem apprehendere, aut Religioſos inde expellere.

Ad 20. Licere ad effectum deuolutiuum tantum, non autem ſuſpenſiuum.

Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadrageſimo.

Declarationes ſupraſcriptas Sanctiſſimus Dominus Noſter ad ſe relatas approbauit, & ab omnibus, ad quos pertinet obſeruari præcepit, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Datum Romæ die 27. Iulij 1655.

DECRETO CIRCA L'VSO DE' PONTIFICALI in ordine alli Prelati inferiori, emanato dalla Sacra Congregatione de' Riti, hauuta auanti la ſanta memoria di ALESSANDRO VII. con approuatione del medemo Aleſſandro, il quale è del tenor ſeguente.

SAcrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis circa Eccleſiaſticos Ritus, qui irrepſerunt abuſibus, ſedulò intenta, poſt Epiſcoporum Cęremoniale euulgatum (quo quidquid ad ipſos in ſacris cęremonijs pertinet abundè præſcripſit) idem quo ad inferiores Prælatos, qui Pontificalium vſu fruuntur præſtandum curare neceſſarium exiſtimauit, vt exceſſus aboleantur, vniformiſque inducantur Sacrorum Ritus in omnibus, eo præſertim tempore, quo priuilegia ipſi perperam interpretantes obtendenteſque parum obſequi ſtudēt decretis pluries ab eadem

Sa-

Sacra Congregatione hac in re euulgatis, aut ipsa ignorare prætexunt. Quamobrem omnia simul, vt vnico conspiciatur obrutu cogere, perque capita digerere constituit, quo faciliùs obseruentur.

1 Super Altari, in quo sacra erunt facturi, septimũ nequaquam apponant candelabrum.

2 Cathedram, seù Sedem fixam, & permanentem in eorum Ecclesijs ne detineant, sed tribus ipsis diebus, quibus ex antiquis decretis tantummodò Pontificaliter celebrare est ijs permissum, mobili Sede, seù Cathedra vtantur, quam nihilominùs simplici sericeo panno coloris Festiuitatis congruentis obducere poterunt non auro contexto, aut phrygio, siuè basilico opere exornato.

3 Baldachinum adhibere supra Sedem poterunt non pretiosum, aut aureum, sed simplex, & eo quod Altari superimponitur, materia, & opere inferius. Ad ipsam autem per duos tantum gradus in Presbyterij superficie stratos ascendatur.

4 Non abacum alium præter paruam mensam, & in cornu Epistolæ parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, necnon Mitra, Calix, Missale, Thuribulum, Nauicula, & reliqua ad celebrationem necessaria collocentur. Propè verò mensam eamdem parieti hærens Baculus Pastoralis aptetur.

5 Dies verò, in quibus solemniter ipsis operari conceditur, sint de præceptó festiui, vel alij, in quibus ipsis Pontificaliter celebrare, Festiuitatis ratio exigat, nempè Patroni loci, Fũdatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Ecclesiæ. Abstineant autem ab eiusmodi Pontificalium vsu in Officijs, & Missis Defunctorum, quocumque die etiam Festiuo, & de Præcepto.

6 Ad Ecclesiam accedentes licèt Pontificaliter Diuina peracturi, ijsdem absolutis ab Altari recessuri

à ſuis Canonicis, vel Monachis (vt mos eſt Epiſcoporum) ne aſſociari ſe ſinant.

7 Præter duos Sacrificij Miniſtros Diaconum nempè Euangelij, & Subdiaconum Epiſtolæ, duo alij tantum Diaconi cum Dalmaticis, & vnicus Presbyter cum Pluuiali eis aſſiſtant. Duo inſuper Cappellani, qui de Mitra, & Baculo, ac totidem Acôliti pro candelabris inſeruiant. Præterea ſex alij Canonici, vel Monachi, duo ſcilicet Pluuialibus, duo Planetis, totidemque Tunicellis induti Diuinis huiuſmodi intereſſe valeant, qui tamen non in ſedibus, ſeu ſtallis choralibus, ſed in ſcamnis abſque poſtergalibus, panno viridi laneo coopertis, ſitu congruo accommodatis, moxque illinc remouendis conſideant.

8 Mitram pretioſam, niſi illis expreſsè à Sancta Sede indultam non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantum coloris induant. Baculum Paſtoralem albo velo appenſo deferant, ab ijſque, & alijs Pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia extra Eccleſias ſibi ſubiectas prorſus abſtineant, & neque in Proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſijs per vias extra ambitum, vel Parochiam ducuntur, inſignijs prędictis vtantur, vel penes ſe præferri faciant.

9 Regulares Rocchettum non deferant, niſi ex tali ordine fuerint, cui indumentum huiuſmodi competat.

10 Inuitati ad Eccleſiam exemptam, nec in illa Pontificalibus vti valeant; nec ij, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti in proprijs Eccleſijs vti poſſint priuilegio perpetuis Abbatibus, vel alias benedictis indulto.

11 Sacras Veſtes ex Altari non ſumant, niſi Pontificaliter Diuinis vacaturi.

12 Indulgentias impartiri, vel publicare non audeant

deant absque expresso Sanctæ Sedis indulto.

13 Pontificales benedictiones, cum trina Crucis productione in Missis tantum Pontificalibus, necnon Vesperis, ac Matutinis Pontificaliter, itidem celebratis licere sibi tantum meminerint. Priuatim verò populis quamuis pleno iure subiectis, nisi expressè ipsis permissum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Ecclesiam incedentes benedicere non præsumant.

14 Præsente Episcopo sine speciali Sedis Apostolicæ permissu, etiam Pontificaliter celebrantes à benedictionibus cessent.

15 Si Episcopus aderit, ipsius Sedes in cornu Euãgelij vno saltem gradu eminentior Abbatiali est erigenda, hæcque altero gradu humilior, vt dictum est, in cornu Epistolæ collocetur. A latere Episcopi Canonici Cathedralis, propè Abbatem Canonici, vel Monachi Monasterij, & Abbatialis Ecclesiæ cõsideãt. Cõfessionem, cum celebrante Episcopus faciat, isque thus Thuribulo imponat, Euangeliorum textum osculetur, & populo solemniter (quamuis Abbas ipse Põtificaliter celebret) benedicat. Episcopus præterea trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici, mox que Abbas, (nisi celebret) pariter duplici, ac subindè Canonici, vel Monachi Abbatialis Ecclesiæ vnico tantum ductu thurificentur.

16 Abstineant tamen Episcopi vbi consuetudo contraria non viget, à frequenti huiusmodi accessu ad Ecclesias exemptas in similibus actibus, vt liberius Abbates valeant suis vti priuilegijs.

17 In ordinationibus Canonicorum, Clericorũ, Monachorum, necnon in vestitionibus Monialium, & emissione Professionis earumdem, etiam pleno sibi iure subiectarum in benedictionibus sacræ suppellectilis, cæterisque actibus (Missarum, Vesperarum, & Matuti-

tutinarum solemnijs, ter tantum in anno, vt præfertur exceptis) neque in Ecclesijs, Oratorijs, alijsque locis, tàm publicis, quàm priuatis quantumuis exemptis, eisdemque Abbatibus pleno iure subiectis Mitram, Baculum, & quæuis alia Pontificalia insignia, nisi de expressa Sedis Apostolicæ concessione adhibeant.

18 Ecclesiasticam Suppellectilem pro seruitio dumtaxat suarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum benedicant.

19 Reliqua Pontificalia extra loca ipsis Abbatibus subiecta, vel pro seruitio alienæ Ecclesiæ, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum, exercere non valeant, puta Campanarum benedictiones, Calicum, & similium, in quibus sacra adhibetur vnctio, necnon minorum Ordinum collationes.

20 Concionatoribus, qui eorum subditis Verbum Dei prædicãdi onus acceperint Benedictionem elargiri non præsumant, sed Episcopis, quibus ius huiusmodi priuatiuè competit, omninò dimittant.

21 In Missis priuatis, quoad indumenta, Ceremonias, Ministros, Altaris ornatum, & benedictionis largitionem à simplici Sacerdote nõ discrepent, ac proindè sacras vestes induant in Sacristia, neque vtantur Cruce pectorali, vnico sint contenti Ministro, aquam cum pelui, & vrceolo argenteis sibi ministrari non sinant, duasque tantum candelas super Altari adhibeant.

His autem Sanctissimo relatis, & in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentissimum, & Reuerendissimum D. Cardinalem Brancaccium accuratè perlectis, maturè discussis, Sãctitas Sua ea approbauit, & pro omnimo-

da

da eorumdem obseruatione mandauit typis imprimi, ad valuas affigi, & publicari, vt elapso termino sex mensium à die publicationis eorumdem omnes, & singulos vsu Pontificalium gaudentes, tùm Sęculares, tùm Regulares quantumuis exemptos, & speciali expressione indigentes afficiant, & arctent, ac si omnibus, & singulis eadem exhibita, vel personaliter præsentata, intimata, seù notificata fuissent. Indulsitque præterea locorum Ordinarijs, vt auctoritate Sedis Apostolicæ possint; imò debeant præfatos, etiam per censuras compellere.

Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis propriũ habere possint territorium, iuraq; Episcopalia, nullisque subdantur Episcopis qui eos coercere, si excesserint, valeant: eo casu à Sedis Apostolicæ Nũcijs, si aderint, sin minus ab Archiepiscopis, in quorum Prouincijs, vel ab Episcopis Romano tantum Pontifici subiectis, intrà, vel propè quorum Diœcesis limites eorum Ecclesiæ, vel Monasteria sita fuerint, tanquam à Sancta Sede delegatis ad huiusmodi Decretorum obseruationem prædicti omninò cogantur. Die 17. Septembris 1659.

I. Episcopus Sabinen. Card. Sacchettus.

Franciscus Maria Phębeus Sac. Rit. Congreg. Secret.

Dichiaratione del sopradetto Decreto intorno all'uso de' Pontificali sodetti fatta dalla stessa Congregatione de' Riti, con approuatione parimente della Santità Sua, allhora anco Alessandro settimo, e sussiegue nel modo infrascritto.

PRocurator Generalis Congregationis Cassinentium Sanctissimo humiliter supplicauit, dignaretur

tur præcipere Congregationi Sacrorum Rituum, vt quæ Abbatibus Cassinensibus particulari Apostolicę Sedis indultu ex vetitis,ac præter expressa in decreto nouissimè super vsu Pontificalium edito adhibere liceat,præuia discussione declararet. Sanctissimus autem Oratoris preces ad eamdem Congregationem transmisit, rescripsitque per Eminentissimum Dominum Cardinalem Franciottum notulam dubiorum supplici libello subnexam in ipsa Congregatione referri, quæ

Ad §. Quartum decreti,quo prohibetur vsus, præter quam vnius Abaci, asserentibus Monachis hactenus ab immemorabili tempore eorum Abbates adhibere consueuisse secundum Abacum. ad pelues, & vrceolos exponendos, censuit seruandum esse decretum.

Ad §.Quintum,quo tribus diebus tantùm de Præcepto Pontificalis celebratio permittitur, exponentibus Monachis taxatiuam hujusmodi non extendi ad vsum Pontificalium sine Baldachino,ac præterea ex Indulto Alexandri secundi sibi cōpetere Pontificalium vsum, tùm in exequijs nobilium virorum. Sacra Congregatio censuit huiusmodi Priuilegium tantummodo suffragari Monasterio Cauensi,nec ad alia Monasteria extendi.

Ad §. 6. Quo in accessu Abbatis diuina peracturi, & recessu eiusdem post diuina absoluta,prohibetur associatio more Episcoporum,affirmantibus Monachis se ab immemorabili tempore simili associatione vsos esse, atque indecorum videri, vt Abbas Pontificaliter peracturus diuina, solus Ecclesiam petat. Sacra Congregatio censuit annuendum esse petitis modo,non extra, sed intra

septa

septa Monasterij, sese ad Ecclesiam conferat.

Ad §. 7. Quo taxatur numerus Ministrorum, exponentibus Monachis, Abbates indigere Ministris ad librum, & ad candelã, ad intorcitia eleuationis, & ad candelabra Euangelij, ad Mitram, & Baculum. Sacra Congregatio censuit indulgendos fore, alios quatuor ministros, cotta indutos, præter expressos in decreto.

Ad §. 8. Quo vsus Mitræ pretiosæ, & Baculi sine velo appenso vetitus est, asserentibus Monachis, Mitram pretiosam ipsis de iure competere, velum quoque numquam eos consueuisse, Baculo appensum adhibere, nec esse de ritibus Romanæ Ecclesiæ, sed Ambrosianæ tantum.

Sacra Congregatio censuit quoad Mitram, seruandam esse dispositionem cap. vt Apostolicæ de priuil. in 6. quoad Baculum verò seruandum esse decretum.

Ad §. 10. Quo prohibetur vsus Pontificalium in aliena Ecclesia, licèt exemptam, quamuis Abbas ad ipsam fuerit inuitatus, exponentibus Monachis, eos inibi Pontificalibus insignijs hactenus vsos esse, idque à Iure ipsis permissum præsumere. Sacra Congregatio censuit seruandum esse decretum.

Ad §. 11. Quo sacras vestes ex Altari sumere Abbates priuatim celebraturi prohibentur, asserentibus Monachis, se hactenus tali priuilegio gauisos esse. Sacra Congregatio censuit seruandum esse decretum.

Ad §. 13. Quo disponitur, nè Abbates extra Pontificalia, Pontificali more, ac trina Crucis productione, necnon priuatim occurrenti Populo tùm Pontificaliter induti, etiam per Ecclesiam incedenden-

dentes benedicant, asserentibus Monachis, Abbates in Missis priuatis, hactenus Episcopali more benedixisse, & Pontificalibus præsertim indutos per Ecclesiam transeuntes, occurrenti Populo benedictionem elargiri consueuisse. Sacra Congregatio censuit seruandum esse decretum.

Ad §. 14. Quo in præsentia Episcopi Abbatibus denegatur facultas benedicendi solemniter, etiam in Pontificalibus, asserentibus Monachis, ex priuilegio ipsis, etiam præsente Episcopo, benedictiones huiusmodi competere. Sacra Congregatio censuit seruandum esse decretum.

Ad §. 15. Quo traditur Ordo inferioribus Prælatis diuina Pontificaliter peragendi, præsente Episcopo loci Ordinario. Exponentibus Monachis, Episcopo vetitum reperiri ingressum in eorum Ecclesiam, ipsis inuitis; Sacra Congregatio censuit seruandum esse decretum.

Ad §. 17. Quo vsus Mitræ, & reliquorum Insignium Pontificalium, præterquam tribus anni diebus; obrogatus est, suggerentibus Monachis, indecorum videri, vt in Ordinibus conferendis, in Consecrationibus, & in Receptionibus, & Professione Monachorum, & Monialium, Abbates Mitram non adhibeant. Sacra Congregatio censuit indulgendum fore, vt ea tantum vtantur in actu Ordinationum, & Benedictionum cum sacro oleo.

Ad §. 19. Quo vetita est Abbatibus Benedictio Sacræ Supellectilis pro vsu alienarum Ecclesiarum, asserentibus Monachis, etiam pro aliena Ecclesia, ex Apostolico indulto eis licitum esse Ecclesiasticam Suppellectilem benedicere. Sacra Congregatio mandauit exhiberi Indultum authen-

thenticum ex Archiuio Apostolico desumptum, ac interim abstineri.

Ad §. 21. Quo in Missis priuatis prohibentur Abbatibus quiuis Ritus, & prærogatiuę ad Episcopos priuatiuè spectantes, Exponentibus Monachis, Abbates Cassinenses hactenus in Missis priuatis adhibuisse quatuor candelas, Ministros ad lotionem manuum, & duos Assistentes cum Cotta &c. Sacra Congregatio censuit seruandum esse decretum.

Præsentisque declarationis decretum typis imprimi posse concessit die 12. Iunij 1660.

Prædictis autem Sanctissimo relatis, Sanctitas Sua ea approbauit, & decretum editum die 27. Septembris 1659. omninò exequi, & seruari mandauit. Verum quo ad §§. 5.6.7.8. & 17. ad limites tantùm præsentis declarationis, & non alias, salua quauis cōtraria, verbaliter tamen expressa dispositione Priuilegiorum particularibus Monasterijs Congregationis Cassinentium concessorum, die 20. Iulij 1660.

Iulius Episc. Sabinen. Card. Sacchettus.

Franciscus Maria Phębeus Sac. Rit. Congr. Sec.

S.D.N.D. ALEXANDRI DIVINA PROVIDENTIA PP. VII.

Constitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium, earumque Confessoribus ingredi septa Monasterij, & propè illud commorari.

Alexander Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

FElici Sacrarum Virginum statui, quæ contemptis illeçebris sæculi, Diuinis se obsequijs mancipa-

runt,quantũ Nobis ex alto conceditur consulere volentes; motu nostro proprio, nõ ad alicuius instantiã, sed ex nostra mera deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, de voto tamen nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalium,ac dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus negotium sedulò, ac maturè examinandum commisimus,præsentibus perpetuò valituris sancimus, vt in posterum intra fines Italiæ,& Insularum adiacentium Generalibus, Prouincialibus, Abbatibus, & quibuscumque alijs Superioribus Regularibus,quibus aliòqui cura,& regimen Monasteriorum Sanctimonialium quouis modo incumbit intra septa eorumdem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat,nisi ex causa Visitationis localis, & hoc semel tantum in anno,itaut in eo anno, in quo vnus ex memoratis Superioribus visitauerit,alius Superior à visitatione huiusmodi se omninò abstineat. Quod si ob Clausuram, quæ à sancta Tridentina Synodo,etiam in Monasterijs exemptis,curæ,& vigilantiæ Episcopi in primis committitur, aut ob aliam vrgentem,ac necessariam causam opportuerit Superiorem Regularẽ eodẽ anno pluries ingredi septa Monasterij, tunc non aliter ingrediatur, quam in præsentia Episcopi Dięcesani, vel alterius personæ Ecclesiasticæ sæcularis boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipso Episcopo ad id specialiter deputatæ. Visitet autẽ Superior Regularis interiorem Clausuram per se ipsum, non autem per alium, etiam si fuerit legitimè impeditus,quò casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessauerit impedimentum,& visitationem celeriter, & vnica die,debita tamen,cum diligentia absoluat; nec ante ortum Solis eam incipiat, nec per occasum protrahat,neque ipse Visitator, neque eius Socij vllam

su-

sumant in Monasterio refectionem. Porrò si visitet Generalis, possit secum habere duos socios sui Ordinis; si alius à Generali, vnum tantùm exclusis omnibus alijs, etiam ratione officij. Qui quidem Socij assumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu Visitationis, à Visitatore numquam separentur, sed eum aspicere, & ab ipso aspici semper possint. Ac præterea Visitatori assistant quatuor Moniales ex Senioribus Monasterij, quæ similiter visitatione durante nũquam separentur à Visitatore, & Socijs. Reliquæ verò Moniales, & quæcumque aliæ mulieres, & puellæ sæculares in Monasterio degentes, nisi legitimo detineantur impedimento, conueniant omnes in Choro, antequam Visitator ingrediatur interiorem clausuram, & in eo permaneant durante Visitatione, equousque idem Visitator cum Socijs è Monasterio exierit. Ideòque curet Visitator, vt tempestiuè admoneatur Abbatissa, seù Monasterij Præfecta de præstituta die, & hora Visitationis. Visitatio verò personalis fiat ad Crates, & omninò extra Clausuram Monasterij, & per ipsummet Superiorem dumtaxat, vt supra dictum est de Visitatione interioris Clausuræ. Ad hæc Confessor Sanctimonialium, tàm ordinarius, quàm extraordinarius minimè ingrediatur septa Monasterij, nisi ad Sacramenta Pęnitentiæ Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis ministranda Monialibus, vel alijs personis infirmis ibi degentibus, necnon ad commendandam animam Agonizantium, nec vnquam ingrediatur, nisi cum Socio, qui sit probatæ vitæ, & maturę ætatis semperq; maneat in ea parte Monasterij, qua Cõfessorem videre, & ab ipso videri sẽper possit. Insuper districtè præcipimus memoratis Superioribus Regularibus, vt infra terminum duorũ mensium à publicatione præsentis Constitutionis computandorum reuocent ad

 Clau-

Claustra Confessores, eorum Socios, Concionatores, & alios quoscumque Regulares apud Monasteria Sanctimonialium, vel assiduè, vel ad tempus quocũque titulo pernoctare solitos: Neuè permittant eosdem, seù alios Regulares, intra, seù prope septa Monasteriorum huiusmodi habitare, vel commorari, quin etiam infra eumdem terminum quascũque Cellas, Mansiones, seù Cubicula propè Monasteria prædicta ad vsum memoratorum Regularium existentia, si Clausuræ Monasteriorum earumdem Monialium contigua sint, eidem Clausuræ includi, vel dirui omninò faciant: si verò sint extra septa, vendi, pretiumque in Monasterij vtilitatem conuerti; nec in posterum alia similia aptari, ædificari, aut emi permittant. Quid si infra dictum terminum Superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleuerint, teneatur Ordinarius loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus illa adimplere, & omninò exequi, etiam inuocato, si opus fuerit, Brachij sæcularis auxilio. Verumtamen si Monasterium Sanctimonialium sit extra mœnia Vrbis, vel Oppidi, & Monasterium Regularium Virorum, quibus Moniales sunt subiectę sit intra dicta mœnia, vel è conuerso, habeantur, vel conducantur, si commodè fieri possit, mansiones ad vsum Confessoris, quæ non sint coniunctæ, seù contiguæ ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitus disiunctæ, non solum per parietes, sed etiam per tecta: sin autem vtrumque Monasterium sit intra mœnia, & vnum ab altero, Episcopi iudicio, multum distans, tunc habeantur, vel conducantur huiusmodi mansiones, vt supra distinctæ, & separatæ à Monasterio Monialium in distantia ab ipso Episcopo recognoscenda, & approbãda, ita tamẽ vt in mãsionibus Cõfessoris, siuè intra, siuè extra mœnia constitutis, excepto ipso Confes-

sore cum suo Socio alij Regulares, etiam si Superiores sint minimè pernoctent. Si quis verò prædictorum Regularium aliquid contra præsentium tenorem facere, vel moliri præsumpserit, aut adimplere neglexerit, ipso facto pœnam excommunicationis, & priuationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque actiuæ, & passiuæ absque alia declaratione incurrat; Et nihilominus nullis priuilegijs, & exemptionibus tueri se possit, quo minus ab Episcopo loci, tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat. Decernentes easdem præsentes, etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seù habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut inualiditatis vitio, seù intentionis Nostræ, aut alio quouis defectu, etiam quantumuis magno inexcogitato, ac substantiali, siuè etiam ex eo, quod in præmissis, seù eorum aliquo solemnitates, & quæuis alia seruanda, & adimplenda, seruata, & adimpleta non fuerint, aut ex aliquo alio capite quocũque à iure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seù etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore Iuris clauso, seù occasione, vel causa quantumuis iusta, rationabili, & priuilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum, necessariò exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra huiusmodi, & alijs superius expressis, seù relatis nihil vllibi appareret, seù aliter probari posset notari, impugnari, inualidari, retractari in ius, vel controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, vel

ad-

aduersus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos iuris, facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, seù quomodolibet concesso, & impetrato quempiam vti, seù se iuuare in iudicio, vel extra posse, neque easdem præsentes sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inuiolabiliter obseruari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis, per quoscumque Iudices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Sacri Palatij Apostolici Auditores, necnon S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, ac alios, quauis auctoritate, & potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, & si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cōtigerit attentari irritum, & inane decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo iure quæsito, alijsque Cancellariæ Apostolicæ regulis, cæterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Concilijs Generalibus editis, etiam specialiter in fauorem quarumcumque personarum, atque ordinum, tàm Mendicantium, quā non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cuiusuis alterius Instituti, & Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, & Locorum Regularium

rium

rium quorumcumque, necnon illorum roboratis statutis,& consuetudinibus,etiam immemorabilibus,exemptionibus quoque indultis,& priuilegijs, etiam ex causa,& titulo oneroso, vel in limine fundationis, & in Mari Magno,seù Bulla Aurea, aut aliter nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusuis etiam derogatoriarum,derogatorijs,alijsq; efficacioribus,& insolitis clausulis, necnon irritantibus,& alijs decretis,etiam motu,scientia, deliberatione,& potestatis plenitudine, etiam ad Imperatoris, Regum,Reginarum,Rerumpublicarum,& quorumuis aliorum Principum, & personarum quarumcumque Ecclesiastica, vel Sæculari dignitate fulgentium instantiam,seù eorum intuitu,& contemplatione,ac etiã cõsistorialiter,& alias quomodolibet, etiam per viam communicationis,seù extensionis concessis,& iteratis vicibus approbatis,& innouatis. Quibus omnibus,& singulis quoad, quæ præsentibus quomodolibet aduersantur; etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis illorumque totis tenoribus, & formis specialis,indiuidua,& de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut quæuis exquisita forma seruanda esset,tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris,specialiter,& expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem vt præsentes Litteræ in valuis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum,necnon Cancellariæ Apostolicæ,ac in Acie Campi Floræ de Vrbe publicentur,& affigantur,quæ postquam affixæ,& publicatæ fuerint,omnes, & singulos, quos illæ concernunt,
per-

perindè arctent, & afficiant, ac si vnicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent. Atque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostrę Sanctionis, præcepti, decreti derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerariò contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum in Arce Gandulfi Dięcesis Albanen. Anno Incarnationis Dominicæ 1664. 13. Kalend. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno 10.

I. Card. Prodatarius.
Visa de Curia P. Ciampinus. S. Vgolin.
Loco ✠ Plumbi pendentis.
Regist. in Secr. Breuium. D. Ciampinus.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi 1664. Indictione 2. die 9. mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri Diuina Prouidentia Papa VII. Anno eius 10. Supradicta Constitutiò affixa, & publicata fuit ad Valuas Basilicæ Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, ac alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Laurentium Barbigionum Sãctiss. Domini Nostri Papæ Curs.

Franc. Perinus C. Mag.

EDITTO

EDITTO

DELL' VSVRE.

IOANNES GRANAFEVS, DEI, ET APOSTOLICÆ Sedis Gratia Archiepiscopus Baren,& Canusinus, Sanctissimi D. N. Papæ Alexandri VII. Familiaris,& Dominus Terræ Bitricti,&c.

L'Obligo dell'officio Pastorale ne desta del continuo à vegliar sopra il buon gouerno della greggia commessaci. E perche per lamento di molti,e relationi di persone graui, habbiamo inteso con nostro molto dolore,che sono cresciuti pur troppo,e crescono tutt'hora diuersi perniciosi abusi, & inconuenienti intorno à i prestiti di denari, e cambij in questa Città di Bari,si come anco in tutta la nostra Diocesi.Per tanto conoscendo essere obligo nostro porre efficace remedio,non ostante altri posti per il passato,à così graui disordini contro la dispositione de' Sacri Canoni,e Constitutioni Apostoliche, per non douer renderne stretto conto al supremo Pastore dell'Anime, *Quas redimit sanguine suo.*Siamo risoluti dopò matura consideratione,dichiarando breuemente prima la varietà di peccati,che in tali contratti,e prestiti si commettono,publicare gl'infrascritti ordini, affine che tutti inuiolabilmente s'osseruino.

1 E primieramente si dà,e presta denari sotto diuersi titoli,ma veramente per mutuo, & ad impronto, pagando chi lo riceue vn tanto il mese, e molte volte dando anco di più il pegno.

2 Di più si dà,e presta moneta di rame,con patto di riceuere l'istessa quantità in argento, ò pure con farsi pagare tanto per cento, ponendo nella scrittura il prestito fatto in tanta moneta d'argento.

3 Si presta anco moneta di rame per pagarsi col prezzo maggiore, che correua prima che calasse detta moneta, facendo la scrittura, come se fusse fatto il prestito in detta summa.

4 Similmente si dà à censo,e sotto colore d'allaggio,ò d'altro, dal capitale conuenuto se ne caua prima vna certa parte del denaro per imborsarsela chi dà det.cēso,tirādosi poi il cēso,come su fusse data tutta la quantità che nel contratto si fà mentione, facendosi anco patto, che hauendosi detto censo à redimere, si restituisca al venditore del censo tutta la summa contenuta in detto contratto, ancorche non sia stata realmente riceuuta.

5 Si dà,ò presta certa summa di denari,per esempio ducati cento,e sotto nome d'interesse di lucro cessante, si paga da chi lo riceue tutto il detto interesse, come ducati dieci, subito nel medesimo tempo, che detta summa si riceue.

6 Parimente si presta certa summa di denari,ò altra cosa liberata per certo prezzo per riceuerne grano, oglio, ò altro in altro tempo, quando per lo più suol valere dett'oglio,ò grano maggior prezzo, che non è la quantità del denaro prestato.

7 Così anco si presta il denaro,ò altro,con obligar chi lo riceue à prestare per l'auuenire, ò seruirsi della sua fatica,trappito,ò bottega, e simili obligationi.

8 Di più si dà certa summa di denari sopra barche pescareccie,ò altro,con patto che chi la dà non perda il capitale,ò tiri la metà, ò parte del guadagno,

e non guadagnandosi il compagno perde le fatiche.

9 Si vende ancora, ò compra più, e meno del giusto prezzo per via di credenza, ò d'anticipato pagamento, & in specie si dà grano, oglio, ò altro con vendersi più del prezzo corrente, con obligo di pagare per lo tal tempo in argento, e non dando argento pagar l'alggio à dodici per cento.

10 Si danno dinari à cambio fingendo di cambiare per certe fiere, ò luoghi senza che si mandino le lettere, e se pur si mandano, passato il tempo ritornano senza esser state compite, per non hauer in conto alcuno in tal luogo quel che prende à cambio denari per via di corrispondente proprio, ò d'altro amico, ouero senza mandar lettere si paga l'interesse col capitale nel medesimo luogo, doue il contratto si fà.

11 Si dà à cambio frà persone, nessuna delle quali hà denari altroue, ò corrispondēte, auualendosi per tal'effetto di Mercadanti, che fingono di mandar lettere, e veramēte non si mandano, ò pur ritornano vote, determinandosi vn certo prezzo, per cento l'anno, che dicono cambio stagliato, pagandosi nel medesimo luogo, scorso il tempo, il denaro oue si riceue.

12 Finalmente si dà oglio, ò grano, ò altro in credenza più del prezzo corrente, con obligar chi compra à riuendere nel medesimo tempo all'istesso, dal quale l'hà comprato per lo prezzo corrente, minore ancora.

E perche detti prestiti, e cambij sono illeciti, & vsurarij, s'altro giusto titolo non li scusa, contro li Sacri Canoni, e Constitutioni Apostoliche; però ordiniamo, che quei che saranno incorsi in alcuni de' sopradetti contratti, non possino essere assoluti la prima volta, se non daranno il preggio, ò pegno; e questo se per allhora commodamente non si potrà, daranno si-

curtà con giuramento di restituire il danno quanto prima ; e ritornando la seconda volta senza hauer sodisfatto,ouero in caso di recidiuo : del che douranno informarsi li Confessori, si sospenda l'assolutione,con auisar prima Noi.

Et affine che nessuno per l'auuenire ardisca fare simili contratti già detti, vogliamo, & ordiniamo, che così il principale che li farà,come quelli che li fanno, ouero esigono in nome loro,incorrino ipso facto nella scommunica maggiore riseruata à Noi: Auuertendo alli Notari, Sensali, e simili mezzani à non concorrere à così perniciosi contratti, non senza graue scrupulo dell'anime loro ; altrimente si procederà contro essi contrauenienti con sacre censure, & altre pene.

Et acciò nessuno possa allegar l'ignoranza,ordiniamo che il presente Editto sia affisso innanzi la nostra Chiesa Metropolitana, & in altri luoghi publici, e consueti,hauendo l'istesso vigore,come se fusse à ciascheduno personalmente presentato. Dato dal nostro Palazzo Arciuescouale di Bari li

Gio: Granafei Arciuescouo di Bari,e di Canosa.

Locus ✠ Sigilli.

Publicatum,& affixum die,vt sup.

D.Nicolaus Donatus Gallitus Actuarius.

In Bari,per il Zanetti,1667. Con licenza de' Sup.

Tutti li Reuerendi Arcipreti della Diocesi siano tenuti, come con la presente loro s'ordina, sotto le pene ad arbitrio nostro riseruate di leggere, e publicare, ò far leggere,e publicare per sè, ò per altro Sacerdote la Bolla in Cena Domini nel giorno del Giouedì Santo nella conformità che sossiegue.

LA BOLLA

IN CENA DOMINI

VOLGARE.

In Roma, nella Stamparia della Reu. Camera Apost. MDCLXXIV.

CLEMENTE VESCOVO SERVO DE' SERVI di Dio, A futura memoria.

LA vigilanza, & sollecitudine Pastorale del Romano Pontefice, per ragione, & debito dell'Officio suo, si adopra di continuo in procurare la pace, & tranquillità della Republica Christiana; ma principalmente riluce, & apparisce grandemente in ritenere, & conseruare l'vnità, & integrità della Fede Cattolica, senza la quale è impossibile piacere à Dio. Et questo, acciò che i fedeli del Signore non siano paruoli fluttuanti, & instabili, & nella malitia de gli huomini, che astutamente pongono loro insidie, per farli cadere in errore, non si lascino raggirare da ogni vẽto di dottrina, anzi tutti peruengano all'età di huomo perfetto nella vnità della fede, & cognitione del figliuol di Dio, & parimente acciò che nella cõpagnia, & communicatione di questa vita nõ si danneggino, e non si offendano l'un l'altro; ma più presto congionti insieme col legame della carità crescano in edificatione, come mẽbra di vn' istesso corpo, sotto il capo di CHRISTO, & sotto il suo Vicario in terra, Successore del Beatissimo Apostolo Pietro, che è il Pontefice Romano

mano sudetto, da cui l'vnione di tutta la Santa Chiesa deriua, & in questa maniera con l'aiuto della Diuina gratia, godono in tal modo della quiete della vita presente, che parimente vengono à fruire, e possedere la beatitudine della futura. Per le quali cagioni i Pontefici Romani nostri Predecessori sono stati soliti in questo giorno celebrare per la memoria annuale, che si fà della Cena del Signore esercitare solennemente il coltello spirituale della disciplina Ecclesiastica, & le armi salutari della giustitia per mezzo del ministerio del sommo Apostolato per gloria di Dio, & salute delle anime.

1 Noi dunque, à i quali niuna cosa è più desiderabile, che il conseruare, con l'aiuto di Dio, la integrità incorrotta della Fede, & la publica pace, e giustitia, seguitando questa antica, & solenne vsanza.

Escommunicamo, & anathematizamo, da parte di Dio Onnipotente Padre, Figliuolo, & Spirito Santo, & anco per l'auttorità delli Beati Apostoli, Pietro, & Paolo, & per la Nostra, ciascuni Hussiti, Viglefisti, Luterani, Zuingliani, Caluinisti, Vgonotti, Anabatisti, Trinitarij, e tutti, & ciascun'altro Heretico di qualsiuoglia nome, & di qualunque setta siano, con quelli tutti, che gli credono, & i ricettatori, fautori, e generalmente tutti i defensori di essi, & quelli, che i libri de i medesimi continenti heresie, ò che trattano di Religione, senza auttorità nostra, & della Sede Apostolica scientemente leggono, ò ritengono appresso di sè, stampano, ò in qualunque modo per qualsiuoglia causa difendono publicamente, ò vero occultamente, & sotto qualsiuoglia pretesto, colore; & similmente li Schismatici, & quelli tutti, che ostinatamente si sottraggono, ò vero si partono dall'obedienza nostra, & del Romano Pontefice, che sarà successiuamente.

Anco-

2 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti, & ciascuno di qualunque stato, grado, ò conditione siano, & interdiciamo Vniuersità, Collegij, Capitoli, compresi sotto qualsiuoglia nome, che dalle ordinationi, sentenze, & comandamenti nostri, e de i Romani Pontefici, che succederanno, si appellano al futuro Concilio Vniuersale, & quelli, per aiuto, e fauore de' quali si sarà appellato.

3 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti i Pirati, Corsari, e Ladroni maritimi, che scorrono il Mar nostro, specialmente dal Monte Argentario fino à Terracina, e tutti i fautori, ricettatori, & difensori loro.

4 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti, & ciascuno, i quali da Naui di qualunque Christiano battute dalla fortuna, ò vero (che come si dice) habbino dato à trauerso, ò in qualsiuoglia modo habbino patito naufragio, haueranno rubati beni di qual siuoglia sorte; ò in esse Naui, ò gettati da esse ritrouati nel Mare, ò vero nel Lito, tanto ne i nostri Mari Tirreno, & Adriatico, quanto in altre Regioni, & Liti di qualsiuoglia Mare, di maniera, che non possono essere scusati per qualunque priuilegio, consuetudine, ò possesso di lunghissimo tempo, etiamdio immemorabile, ò sotto qualsiuoglia pretesto.

5 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti quelli, i quali, fuor che ne i casi permessi loro dalle leggi, ò vero di special licenza della Sede Apostolica, impongono noui pedagij, ò gabelle, ò quelle accrescono, ò vero le prohibite d'imporsi, & accrescere, riscuotono.

6 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti i falsarij delle lettere Apostoliche, etiamdio in forma di Breui, e di supplicationi concernente gratia,

ò giu-

ò giuſtitia per mano del Romano Pontefice,ò del Vicecancellierio della Santa Romana Chieſa, ò de' loro Vicegerenti,ò per ordine del medeſimo Pontefice, ſegnate; & ancora quelli, che fanno lettere Apoſtoliche falſe,etiam in forma di Breue,e parimente quelli, che ſegnano ſimili ſupplicationi ſotto il nome del Pontefice Romano,ò del Viceancelliero, ò de i Vicegerenti predetti.

7 Ancora eſcommunicamo, & anathematizamo tutti quelli che portano,ò mandano caualli,arme,ferro, filo di ferro,ſtagno,acciaro, & ogni altra ſorte di metallo, inſtrumenti di guerra,legnami, canepe, corde, tanto di canepe, quanto di qualunque altra materia, & eſſa materia, e coſe ſimili à Saraceni, Turchi, & altri nemici del nome di CHRISTO, ò vero ad Heretici,per noſtre ſentenze, ò di queſta Santa Sede Apoſtolica,eſpreſſamente, & nominatamente dichiarati,con le quali coſe impugnano i Chriſtiani, e Cattolici: Et parimente quelli,che per sè, ò per mezo di altri auuiſano detti Turchi, e nemici della Chriſtiana Religione,& Heretici,delle coſe concernenti lo Stato della Chriſtiana Republica in danno, e nocumento de' Chriſtiani, e che ad eſſi danno in qualunque modo aiuto,conſeglio, ò fauore, non oſtanti qual ſi vogliano priuilegi da Noi, ò dalla Sede predetta à qualunque perſona,Prencipi, Republiche,inſin quì conceſſi.

8 Ancora eſcommunicamo, & anathematizamo tutti quelli,che impediſcono,ò aſſaltano i conduttori, ò portatori di vettouaglie,ò altre coſe neceſſarie all'vſo della Corte Romana,e quelli che prohibiſcono, impediſcono, ò perturbano, à fine, che le predette coſe non ſi conduchino, ò portino ad eſſa Corte, & quelli,che per sè,ò per mezo d'altri difendono chi fà

le

le cose predette, siano di qual si voglia ordine, preeminenza, conditione, e stato, ancora, che di Pontificale, Regale, ò vero di qual si voglia altra Ecclesiastica, ò mondana dignità risplendano.

9 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti quelli i quali da sè stessi, ò per mezo d'altri ammazzano, mutilano, spogliano, pigliano, ritengono quelli, che vengono alla Sede Apostolica, e da quella si partono. Et inoltre tutti quelli, che non hauendo giurisdittione ordinaria, ò vero delegata da Noi, ò da nostri Giudici, vsurpandola temerariamente, ardiscono di commettere cose simili contra quelli, che in essa Corte dimorano.

10 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti quelli, che ammazzano, mutilano, feriscono, pigliano, ritengono, ò robbano li Romei, ò Pellegrini, che à Roma vengono per deuotione, ò pellegrinaggio, e quelli, che vi dimorano, ò da essa si partono, e coloro che in ciò li prestano aiuto, conseglio, e fauore.

11 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti quelli, che ammazzano, mutilano, feriscono, percoteno, pigliano, carcerano, ritengono, & hostilmente perseguitano i Cardinali della santa Romana Chiesa, Patriarchi, Arciuescoui, Vescoui, Legati della Sede Apostolica, ò Nuntij, e quelli che i medesimi scacciano dalle loro Diocesi, Territorij, Terre, Dominij, e quelli parimente, che tali cose comandano, ò approuano, ò à quelli danno aiuto, conseglio, e fauore.

12 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti quelli, che per sè, ò per altri, qualunque persona Eclesiastica, ò Secolare, che ricorra alla detta Corte sopra le sue cause, e negotij, & in essa Corte le proseguiscono, ò procurano, e quelli che trattano detti ne-

gotij, Auuocati, Procuratori, & Agenti, ò vero anco gli Auditori, e Giudici deputati sopra dette cause, e negotij, per occasione di detti negotij, e cause vccidono, ò in qual si voglia modo percotono, ò spogliano de i loro beni, e quelli, che per sè, ò per altri per via diretta, ò indiretta ardiscono commettere simili delitti, esseguire, ò procurare le cose sopradette, & in esse dar conseglio, aiuto, ò fauore, di qualunque preeminenza, ò dignità siano.

13 Ancora escommunicamo, & anathematizamo tutti quelli tanto Ecclesiastici, quanto secolari, di qualunque dignità, i quali sotto pretesto di friuola appellatione da grauame, ò futura essecutione di lettere Apostoliche, etiam in forma di Breue, concernenti tanto gratia, quanto giustitia, e di inhibitioni, sequestri, monitorij, processi, essecutoriali, & altri decreti da Noi, e dalla Sede predetta, ò vero da' Legati, Nuntij, Presidenti della Camera Apostolica Auditori, Commissarij, e da altri Giudici, e delegati Apostolici vscite, e che per tempo vsciranno, ò altramente hanno ricorso alle Corti secolari, e laica potestà, e da essa, instando anche il Procuratore, ò Auuocato del Fisco, fanno, che simili appellationi si ammettano, e fanno che le lettere, citationi, inhibitioni, sequestri, e monitorij, & altre cose si pigliano, e ritengano. E quelli, che impediscono, e prohibiscono che esse, ò semplicemente, ò senza loro beneplacito, consenso, ò vero essamine siano esseguite, e che i Notari sopra le essecutioni di simili lettere, e processi, non facciano instromenti, & atti, e che fatti non li debbano dare alla parte, che hà interesse, e quelli anco, che le parti, ò loro Agenti, consanguinei, affini, famigliari, Notari, Essecutori, ò sotto essecutori delle lettere, citationi, monitorij, & altre cose predette, prendono, percotono, feriscono,

riſcono, mettono prigione, ritengono, dalle Città, luoghi, e regni diſcacciano, ſpogliano de i lor beni, ſpauentano per concuſſione, impauriſcano, & minacciano, per ſe, ò vero altri, ò altro publicamente, ò occultamente, ò quelli, che altramente preſumano per via diretta, ò indiretta prohibire, ordinare, comandare à qualunque perſona generalmente, ò ſpecialmente, che per proſeguire qualunque lor negotio, impetrare gratie, & lettere, non venghino, ò non habbino ricorſo alla Corte Romana, & non impetrino eſſe lettere, ò gratie dalla Sede predetta, & non ſi ſeruano delle già impetrate, ò vero quelle ardiſcano ritenere appreſſo di sè, ò appreſſo li Notari, ò altramente in qualſiuoglia modo.

14 Ancora eſcommunicamo, & anathematizamo tutti, & ciaſcuno, che per opera ſua, ò d'altri di propria auttorità, e de fatto ſotto preteſto di qualunque eſentione, ò altre gratie, ò lettere Apoſtoliche le cauſe beneficiali, ò di decime, ò ſpirituali, ò alle ſpirituali anneſſe, auuocano dalli Auditori, & Commiſſarij noſtri, & altri Giudici Eccleſiaſtici, & il corſo, & audienza di eſſe cauſe, & le perſone, Capitoli, Conuenti, Collegij nelle proſecutioni delle cauſe predette impediſcono, & nella cognitione di quelle, come Giudici ſi intromettono. Et quelli, che gl'Attori, che l'hanno fatte, e fanno commettere, conſtringono per ſtatuto, ò altramente à reuocare, ò far reuocare le citationi, ò inhibitioni, ò altre lettere in eſſe decretate, & à fare, ò conſentire, che dalle cenſure, & pene in eſſe contenute ſiano aſſoluti quelli, contro à' quali tali inhibitioni ſono venute, ò l'eſsecutione delle lettere Apoſtoliche, ò eſſecutoriali proceſſi, e decreti predetti in qualſiuoglia modo impediſcono, ò verò à ciò preſtano il fauore loro, conſeglio, e conſenſo etiam

sotto pretesto di prohibire la violenza, ò di altre pretensioni,ò vero anche insin tanto, che essi habbino à noi (come dicono) supplicato,ò fatto supplicare per informarci,saluo però se essi innanzi, à Noi,ò alla Sede Apostolica,le dette supplicationi legitimamente proseguissero,ancorche quelli, che commettessero simili cose,fossero Presidenti delle Cancellarie, Consigli, e de' parlamenti,ò vero Cancellieri, Vicecancellieri,Consiglieri,ordinarij, ò straordinarij di qualsiuoglia Prencipe secolare,ancorche di Imperiale, Regale, Ducale, ò di qualunque altra dignità risplendono,ò siano Arciuescoui, Vescoui, Abbati, Commēdatarij, ò Vicarij.

15 Et quelli ancora, che per loro pretenso officio,ò ad instanza della parte,ò di qualunque si sia, le persone Ecclesiastiche, Capitoli, Conuenti, e Collegij,di qualūque Chiese innanzi a sè,ò loro Tribunali, Audienza,Cancellaria,Consiglio,ò parlamento fuori della dispositione de i Sacri Canoni tirano, ò fanno tirare,ò procurano per via diretta, ò indiretta sotto qualsiuoglia colore. Et parimente quelli, che in genere, ò in specie,per qualsiuoglia causa, ò sotto qualunque colore,anco sotto pretesto di qualsiuoglia cōsuetudine,ò priuilegio, ò altramente in qualsiuoglia modo; hanno fatto,ordinato,publicato,statuite,ordinationi,constitutioni,prammatiche, ò vero altri decreti,ò quelli fatti,& ordinati hanno vsati,per li quali si toglie la libertà Ecclesiastica,ò in alcuna parte si offende,ò si deprime, ò altramente in qualsiuoglia modo si restringe,ò alle ragioni nostre, e di detta Sede, e di ogn'altra Chiesa, che per via diretta, ò indiretta tacitamente,ò espressamente si pregiudica.

16 Et tutti quelli, che gl'Arciuescoui, Vescoui, & altri Superiori, ò inferiori Prelati, & tutti gl'altri

qualsi-

qualsiano Giudici Ecclesiastici ordinarij di qualunque sorte in qualsiuoglia modo per questa causa direttamente, ò indirettamente carcerando, ò dando molestia alli loro Agenti, Procuratori, Familiari, Cōsanguinei, & Affini, impediscono, che non vsino la loro giurisdittione Ecclesiastica contro ogni persona, secondo la dispositione de i Sacri Canoni, & Constitutioni Ecclesiastiche, e decreti de' Concilij Generali, & specialmente del Concilio di Trento. Et quelli ancora, che doppo la sentenza, e decreti di essi Ordinarij, ò anche di qualsiuoglia Delegati, ò altramente sfuggendo il giuditio del foro Ecclesiastico, ricorrono alle Cancellarie, & altre Corti secolari, e da quelle procurano, che si faccino inhibitioni, & precetti, anco penali à gl'Ordinarij, e Delegati predetti, & contra essi si esseguiscono, & quelli ancora che simili cose decretano, & esseguiscono, ò vero prestano aiuto, cōseglio, patrocinio, e fauore nelle medesime cose.

17 Et quelli, che le giurisdittioni, ò vero frutti, entrate, & prouenti pertinenti à Noi, & alla Sede Apostolica, & à qualsiuoglia Ecclesiastica persona, per ragione di Chiese, Monasterij, & altri beneficij Ecclesiastici, vsurpano, ò anco per qualsiuoglia occasione, ò causa senza espressa licenza del Pontefice Romano, ò di quelli à' quali di ragione appartiene, sequestrano.

18 Et quelli che le collette, Decime, taglie, prestanze, & altre grauezze à' Chierici, Prelati, & altre persone Ecclesiastiche, & à i loro beni, e delle Chiese, & Monasteri, & altri beneficij Ecclesiastici, & à' loro frutti, entrate, & prouēti senza simile speciale, & espressa licenza del Romano Pontefice, impongono, e con diuersi etiam esquisiti modi riscotono, ò così imposti da quelli ancora che spontaneamente danno, e concedono, le riceuono. Et similmente quelli, che per

sè, ò

se,ò per altri diretta, ò indirettamente ardiſcono le predette coſe fare,eſſeguire,ò procurare,ò vero in eſſe dar aiuto,conſeglio,fauore, di qualunque preeminenza,dignità,ordine, conditione, ò ſtato ſiano, ancorche d'Imperiale,ò Regale dignità riſplendano, ò ſiano Prencipi,Duchi,Conti, Baroni, & altri qualſiuoglia Potentati di qualunque ſorte,che etiam à' Regni,Prouincie, Città, & Terre in qualſiuoglia modo preſedano. Et ancora Conſiglieri,& Senatori, e di qualſiuoglia dignità ancorche Pontificale ſiano ornati. Rinouando ſopra queſte coſe i decreti per li Sacri Canoni, tanto nel Concilio Lateranenſe vltimamente celebrato,quanto in altri Concilij generali fatti,con le cenſure,& pene in eſſe contenute.

19 Ancora eſcommunicamo,& anathematizamo tutti,& qualunque Magiſtrato,Giudici,Notari, Scrittori,& eſſecutori,e ſotto eſſecutori,& altri,che in qual ſiuoglia modo,ſi intromettono in cauſe capitali,ò criminali,contro perſone Eccleſiaſtiche, con proceſſarle,bandirle,pigliarle,ò dare,òvero eſſequire ſentenze contro di loro ſenza ſpeciale, ſpecifica, & eſpreſſa licenza di queſta Santa Sede Apoſtolica, & quelli, li quali eſtendono queſta licenza à perſone, & caſi non eſpreſſi,ò per altro malamente l'abuſino, ancorche quelli,che ſimil coſe commetteſſero, fuſſero Conſiglieri,Senatori, Preſidenti, Cancellieri, Vicecancellieri, ò qi qualunque altro nome.

20 Ancora eſcommunicamo,& anathematizamo tutti quelli,che per sè,ò per mezo d'altri, per via diretta,ò indiretta ſotto qualunque titolo, ò colore preſumeſſero aſſalire,diſtruggere, occupare, detenere in tutto,ò in parte l'Alma Città di Roma,il Regno di Sicilia,l'Iſole di Sardegna,e di Corſica, Terre, di quà dal Faro, il Patrimonio di S.Pietro in Toſcana,Ducato

to di Spoleto, il Contado Venaysino, di Sabina, della Marca Anconitana, della Massa Trebaria, della Romagna, Campagna, & le Prouincie Maritime, e le loro Terre, Luoghi, & le Terre della commissione speciale delli Arnulfi, & le nostre Città di Bologna, Cesena, Rimini, Beneuento, Perugia, Auignone, Città di Castello, Todi, Ferrara, Comachio, & altre Città, Terre, e luoghi, ò ragioni ad essa Romana Chiesa spettanti, e soggette mediatamente, ò immediatamēte, & chi presume in esse de fatto la suprema giurisdittione, la quale à Noi, & alla Romana Chiesa compete, vsurpare, turbare, ritenere in varij modi vessare, e similmente gl'adherenti, fautori, e defensori di quelli, ò vero che à quelli in qualsiuoglia modo presta aiuto, conseglio, ò fauore.

21 Volendo, che li presenti nostri processi, tutte le cose contenute in esse lettere durino, & habbino il suo effetto fin tanto, che da Noi, ò dal Pontefice Romano, che sarà, siano fatti, e publicati altri simili processi.

22 E di più vogliamo, che dalle sudette sentenze nessuno, da altri, che dal Romano Pontefice possa essere assoluto, eccetto, che in articolo di morte, nel qual caso nè anco si possa assoluere, se non data cautione di obedire alli comandamenti della Chiesa, e sodisfare, non ammettendo pretesto alcuno di qualsiuoglia facoltà, & indulti à ciascune persone Ecclesiastiche, e Secolari, e Regolari, di qualsiuoglia ordine, ancorche Mendicante, e di militia, & in Episcopale, ò in altra maggior dignità constituite, & alli loro Ordini, Monasterij, Conuenti, Case, Capitoli, Collegij, Confraternità, Congregationi, Hospitali, e Luoghi pij, & à i Laici, ancorche di Imperiale, Regale, & altra mondana Eccellenza risplendenti, da Noi, ò dalla detta Sede Apostolica, ò per decreto di qualsiuoglia Concilio

cilio in parole,lettere, ò qualunque altra scrittura in genere, & in specie concessi, & innouati, ò concederanno,& innouaranno.

23 Et se per auuentura alcuni contra il tenore delle presenti lettere à questi tali, illaqueati di scommunica,e di anathema, ò ad alcuno di essi ardiranno di dare de fatto l'assolutione, li leghiamo di scommunica,l'assolutione della quale riseruiamo à Noi,& à Romani Pontefici successori nostri solamente, douendo procedere à più graui pene spirituali, e temporali contro di essi,secondo che giudicaremo espediente.

24 Dichiarando,e protestando, che qualunque assolutione da farsi anche solennemente per Noi non giouarà altrimente alli scommunicati compresi in queste lettere, nè li comprenderà, se essi prima delle cose sopradette non desisteranno, con fermo proposito di non incorrerui più. E quanto à quelli,che haueranno fatti Statuti contra la libertà Ecclesiastica, (come si è detto) non saranno compresi, se non riuocaranno publicamente li Statuti,Ordinationi,Constitutioni,Prammatiche,e Decreti simili, e dalli Archiuij, ò luoghi Capitolari,ò dalli Libri,oue sono annotati, li faranno leuare, e ne daranno conto à Noi, di esse reuocationi,e cassationi. E di più che per tal'assolutione,e per ogni altro atto contrario, così tacito, come espresso,anco per patienza,e toleranza nostra,ò de' nostri successori quanto si voglia tempo continuata,non si possa,nè si debba nelle predette cose tutte, e ciascuna,e nelle ragioni della Sede Apostolica,e della Santa Chiesa Romana,in qualsiuoglia modo, e per qualsiuoglia causa acquistate,ò da acquistarsi, generare alcun pregiuditio.

25 Non ostante qualunque priuilegio,indulgenza,e lettere Apostoliche generali, ò speciali concesse

alli

alli sopradetti, ò vero ad alcuno, ò ad alcuni di essi, e qualunque altro di qual si uoglia ordine, stato, conditione, e dignità, ò preeminenza si siano, ancorche (come si è detto di sopra) risplendono di Pontificale, Imperiale, Regale, ò di qualsiuoglia altra Ecclesiastica, e mondana dignità, ò vero siano concessi alli loro Regni, Prouincie, Città, ò Luoghi della predetta Sede per qualsiuoglia causa, ancorche per via di contratto, ò di remuneratione, e sotto qualsiuoglia altra forma, e tenore, con qualunque clausule ancor derogatorie alle deroganti, e con espressione di non potere essere scommunicati, anathematizati, & interdetti per lettere Apostoliche, che non facessero piena, & espressa mentione, e di parola in parola, dell'Indulto à lor fatto, e delli ordini, luoghi, nomi proprij, cognomi, e dignità loro. E similmente non ostanti consuetudini etiam immemorabili, e prescrittioni quantunque lunghissime, e qualunque altre osseruanze scritte, ò non scritte, per le quali contra questi nostri processi, e sentenze si potessero aiutare, e difendere, che non fussero inclusi, e compresi in quelli, le quali cose quanto à questo effetto hauendo i tenori di tutte le cose predette per espressi, come se parola per parola senza alcuna ommissione fossero inserti nelle presenti, in tutto annulliamo, e riuochiamo non ostanti qual si siano altri contrarij.

26 Et acciòche questi tali nostri processi vengano più facilmente à publica notitia di tutti, faremo appendere le carte, ò membrane, che contengono li medesimi processi nelle porte della Chiesa di San Giouanni Laterano, e della Basilica del Principe delli Apostoli di Roma, acciòche quelli, alli quali toccano, non possano pretendere alcuna scusa, ò allegare ignoranza, che alle loro orecchie non siano peruenu-

te,ò che non l'abbino sapute, non essendo verisimile, che rimanga incognito quello, che così manifestamente à tutti si publica.

27 In oltre, acciòche questi processi, e lettere presenti, e tutte, e ciascune cose in esse contenute tanto più siano note, quanto in più Città, e Luoghi saranno publicate, commattiamo, per queste nostre scritture, & in virtù di santa obedienza strettamente comandiamo à tutti, e ciascuno Patriarchi, Primati, Arciuescoui, Vescoui, Ordinarij de' luoghi, e Prelati in qual si uoglia luogo siano, che essi, ò vero altri, ò altri in lor nome, poiche haueranno hauute le presenti lettere, ò di esse notitia, almeno vna volta l'anno, e (se giudicaranno essere espediente) più volte nelle loro Chiese, mentre che in esse è maggior moltitudine di popolo radunato alli officij diuini, solennemente le publichino, e riduchino à memoria de' fedeli, annuncino, e dichiarino.

28. Nel resto tutti, e ciascuno Patriarchi, Arciuescoui, Vescoui, & altri Ordinarij de' luoghi, e Prelati di Chiese, Rettori, & altri à chi spetta la cura dell'anime, e Preti Secolari, e Regolari di qualsiuoglia ordine deputati ad vdire le confessioni de' peccati, per qualsiuoglia auttorità, habbino appresso di sè vno essempio di queste nostre lettere, e quelle procurino diligentemente leggere, & intendere.

29 Volendo, che alli transunti delle medesime presenti nostre ancora impressi, e sottoscritti di mano di Notaro publico, e col sigillo di alcun Giudice ordinario della Corte Romana, ò di altra persona in dignità Ecclesiastica constituita sigillate, si debba dare in giudicio, e fuori di esso, totalmente quella medesima fede, che ad esse presenti si darebbe, se fussero presentate, e mostrate.

A nessu-

30 A neſſuno dunque ſia lecito rompere queſta carta della noſtra ſcommunica, anathematizatione, interdetto, innouatione, innodatione, dichiaratione, proteſtatione, ſublatione, reuocatione, commiſſione, mandato, e volontà, ò vero à eſſa con temerario ardire contrauenire. E ſe alcuno queſto ardirà di tentare, ſappia di douer incorrere l'ira di Dio, e de' Beati Pietro, e Paolo ſuoi Apoſtoli.

Dat. in Roma à S. Pietro l'Anno del'Incarnatione del Signore mille ſeicento ſettanta quattro li 22. Marzo, del Noſtro Pontificato l'anno quarto.

C. Card. Prodat.

Viſta de Curia. S. de Pilaſtri.

In luogo † del Piombo.

I. G. Sluſio.

I. C. Gul. de Gentili.

Regiſtrata in Secretaria de' Breui.

CONSTITVTIONE DELLA S. M. DI PAPA GREGORIO XIV.

Sopra l'Immunità Eccleſiaſtica.

CVM alias nonnulli Prædeceſſores noſtri, & præſertim fel. rec. Sixtus Papa V. necnon Pius etiam V. ſancto zelo ducti diuerſas facultates, & indulta extra-

trahendi,etiam in casibus quibusdam à Iure non permissis ex Ecclesijs criminosos , & delinquentes compluribus Sæcularibus Principibus,eorumque Curijs, & Magistratibus sub varijs modis,& formis concesserint prout in illis plenius continetur . Experientia postmodum docuit, tùm ob diuersitatem, & differentiam huiusmodi indultorum, tùm quia plerique eorumdem Principum Ministri ex hoc ipso, illa diuersimodè,etiam latiùs,quam par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuerunt, illisque abuti cęperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ perturbationem,& confusionem,alibi verò, ne ipso quidem Laicos indultis huiusmodi vti voluisse, aut potuisse, quod Populis inueterata erga Ecclesias reuerentia , deuotis,& assuetis scandali potius, quam quietis occasionem præberent. Illud etiam absurdum sæpè numero secutum est,vt infimæ interdum conditionis laici,non modo iuris, sed etiam litterarum penitus ignari,& imperiti,dum quasi potestates; aut Ministri Curiæ sæcularis in aliquo Castro, aut Oppidulo iurisdictionem exercebant facultatem,& indultorum huiusmodi limites longè excesserint,eaque suo arbitratu in sensus minus rectos,& ab intentione concedentis omninò alienos detorserint, & illorũ prætextu quicquid sibi in mentem venit attentare præsumpserint in graue iurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ præiudicium, locorum, & personarum Diuino cultui dicatarum contemptum, ipsius Diuinæ Maiestatis offensam,& scandalum plurimorum. Quare pro commisso Nobis à Domino Pastoralis officij munere prædictis absurdis, & scandalis obuiare, ac differentias huiusmodi ad vniformem regulam reducere, omnemque dubitandi,ac perperam,interpretandi, occasionem,

dilu-

dilucida declaratione ſubmouere, abuſus tollere, & nè Eccleſiaſtica iura planè conculcentur,& negligantur opportunè prouidere decreuimus, prout etiam dictus Sixtus Prędeceſſor noſter ijsdem de cauſis maius ſtatuere decreuerat, licet morte præuentus hoc adimplere nequiuerit, ità tamen, vt quando præſens temporum calamitas,& nimia, quæ iam inualuit peruerſorum hominum malitia id expoſcit,aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora vltra id, quod priſca illa maiorum noſtrorum diſciplina, & vetus Sacrorum Canonum norma præſcripſerat in quibusdam caſibus congrua moderatione adhibita permittamus. Hac itaque noſtra perpetuò valitura Conſtitutione,omnia, & quæcumque priuilegia,indulta,& gratias, tàm per prædictum Sixtum,ac Pium Quintum, quàm alios quoſcumque noſtros Prædeceſſores,aut nosmetipſos, Sedemque Apoſtolicam,eiusuè Legatos ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſijs,Monaſterijs,Sacellis,Domibus Regularibus, & Sæcularibus, locisuè Sacris, aut religioſis,alijsque in caſibus à Iure permiſſis hominibus certorum tunc expreſſorum,vel non expreſſorum criminum,reis, aut fraudolentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono,pace, & quiete publica, & ex cauſis vrgentiſſimis, ac neceſſarijs,& æquipollentibus caſibus in iure expreſſis, atque ex paritate,identitate,aut maioritate rationis extenſis,perpetuò,vel ad certum nondum elapſum tempus,ſeù ad vitam alicuius Principis,aut beneplacitū, ſeù alias quomodolibet conceſſa etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innouata, ac vſu recepta litteraſque Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma Breuis, ſeù alias quomodocūque deſuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expreſſis,

pressis,ac ad verbū insertis, sublata penitus omni differentia,ita ad vnā tantū formā reducimus,& moderamur,vt laicis ad Ecclesias locaq;sacra,& religiosa prędicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarūq; grassatores, qui itinera frequentata,vel publicas stradas obsident,ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorū,quiuè homicidia, & mutilationes membrorū in ipsis Ecclesijs,earumuè Cęmeterijs cōmittere non verentur,aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut Assassini,vel hæresis, aut læsæ Maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur. Sed Vniuersis, & singulis venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis,Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisq; Ecclesiarum,& Monasteriorum Prælatis, tàm Sæcularibus, quàm cuiusuis Ordinis Regularibus, districtè præcipiendo mandamus,& præcipimus, vt laicos in casibus prædictis delinquentes ad eorum Ecclesias,Monasteria,Domos, & alia loca supradicta sacra,seù religiosa respectiuè confugientes,& in eis se recipientes,atque morantes,qui prædicta delicta, eorumuè aliquod iudicio suo commisisse videbuntur, quando à Curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus,Ministris, & Officialibus Curiæ sæcularis absque irregularitatis nota, aut alicuius censuræ Ecclesiasticæ incursu tradi, & consignari curent,& faciant,& quilibet eorum curet,& faciat. Ne autem Curiæ sæcularis prædictæ Ministri facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim, vt præfertur attributa, & per præsentes reuocata abutantur. Volumus dictaque auctoritate decernimus,& declaramus, vt Curia sæcularis eiusque Iudices,&Officiales ab Ecclesijs,Monasterijs, locisque Sacris prædictis laicum aliquem, vt præfertur

tur

tur delinquentem in nullo ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores etiam si alias ordinarij sint, aut nullius Diœcesis, aut Conseruatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat, occurrente autem in casu in loco exempto, & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hęc cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare nō possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ Ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superius expressis culpabiles, tradere, aut capturæ, & carcerationi interuenire, & assistere recusauerint, tùmque reuerentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores, prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit cum scandalo, & tumultu extrahere curent. Quodque delinquentes laici prædicti, postquam, vt præfertur ab Ecclesijs locisuè sacris, extracti, & capti fuerint ad carceres Curię Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam sæcularem, detineri debeant, nec indè extrahi, Curiæque sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seù ab eo deputatum, an ipsi verè crimina superius expressa cōmiserint, tuncque demum de mandato Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ sæculari quacumque appellatione postposita consignentur. De crimine verò hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea Curia sæcularis se quoquomodo intromittat: sicut etiam prohibemus ne contra Ecclesiasticas personas sæculares, aut cuiusuis Ordinis, vel Militiæ, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, Regu-

lares

lares quoquomodo, etiam vigore prædictorum priuilegiorum, indultorum, aut concessionum, quæ omnia ad terminos Iuris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant, illasuè ab Ecclesijs, Monasterijs, domibus, locisque sacris, aut religiosis etiam in casibus in hac Constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, alias quã de iure, & per priuilegia eisdem Ordinibus, aut Militijs concessa permittitur quomodolibet præsumant. Quod si quis quacũque dignitate, & auctoritate præditus præmissorum, aut alio quouis prętextu quicquã præter, aut contra huius nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras, & pęnas easdem incurrere, quæ contra libertatis iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum generalium nostrorumque Prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E.Card. sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis causa, & instantia iudicari, & definiri debere, necnon irritum decernimus, & inane si secus super his per quoscũque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis tàm Sixti, & Pij Quinti, quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum Litteris Apostolicis, Priuilegijs, indultis, & facultatibus quibusuis personis etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quauis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuspublicis, Dominijs, Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & Locis, eorumuè Curijs, Parlamentis, Senatibus, Consilijs, Communitatibus, Vniuersitatibus,

bus,Collegijs,aut Præsidentibus,Proregibus,Gubernatoribus,Locatenentibus,Vicarijs,Potestatibus,alijsque Magistratibus,Officialibus,Ministris, aut Consiliarijs ex prædictis,vel alijs,etiam grauioribus, & vrgentioribus causis; tàm illorum intuitu,& contemplatione,siuè ad eorum preces,& instãtiam, quàm etiam Motu proprio,& ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine,ac per modum Statuti, & legis perpetuæ, etiam in vim cõtractus,& Fratrum nostrorum consilio sub quibuscumque tenoribus,& formis, & cum quibusuis præseruatiuis, restitutiuis, mentis, attestatiuis,derogatoriarum derogatorijs, alijsuè validissimis,efficacissimis,& insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam si inibi caueatur expresse,quod illis nisi sub certis modis,& formis, & nisi de expresso eorum consensu ad quorum fauorem concessæ fuerint,derogari possit; & aliter factæ derogationes nullius sint roboris, vel momenti, & alias quomodolibet concessis, etiam sæpiùs approbatis, & innouatis. Quæ omnia,& singula, ac illorum tenores pro expressis habentes, quatenus prçmissis in aliquo aduersentur,aut plures, quam superius expressos casus contineant,auctoritate, & tenore præmissis omninò,ac perpetuò tollimus,& abrogamus, ac ad terminos præsentis Constitutionis, quòad superius descripta dumtaxat reducimus,& nolumus cuiquam de cætero suffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali,vel speciali,per quæ præsentibus non expressa,vel ad verbum non inserta effectus earum quomodolibet valeat impedire. Vt autem præsentes Litteræ ad omnium notitiam faciliùs deducantur, mandamus illas in Valuis S.Io:Lateran.& Principis Apostolorũ Basilicarũ de Vrbe,necnon Cancellariæ Apostolicæ de more affigi, & publicari, earum etiam

exemplis inibi affixis,& dimissis, ac post publicationem huiusmodi, volumus,& decernimus vt omnes,& singulos,quos concernunt,& concernent in futurum, perindè arctent,& afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent; earumdem verò præsentium transumptis,etiam impressis,Notarij publici manu subscriptis eamdem fidem in Iudicio,& extra illud vbique gentium, & locorum haberi volumus, quæ eisdem originalibus Litteris haberetur si essent exhibitæ,vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ moderationis pręcepti mandatorum decretorum,reductionum,declarationum prohibitionis,sublationis,abrogationis, & voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire : Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Nono Kal. Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

L. Dat. M. Vestrius Barbianus.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

A. de Alexijs.

✠✠✠

Constitutio

CONSTITVTIO DE EXEMPTORVM Priuilegijs circa animarum curam,& Sacramentorum administrationem Sanctimonialium Monasteria, & Prædicationem Verbi Dei.

Gregorius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Dei Prouidentia Vniuersalis Ecclesiæ regimini,meritis licet imparibus,præsidentes, Pastoralis nostræ sollicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè incumbere,vt à dignis,& probatis tantùm Sacerdotibus sanctè administrentur Ecclesiastica Sacramenta; atque vt virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissimè custodiantur; & viri assumantur idonei ad prædicationis officium, salubriter exequendum. Sanè Tridentinæ Synodi decretis prouidè cautum est,nullum Presbyterum, etiam Regularem,posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examē,si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur,& approbationem, quæ gratis detur,obtineat: Necnon vt in Monasterijs, seù Domibus virorum,seù mulierum, quibus imminet animarū cura personarum sæcularium,præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seù locorum Familia personæ,tàm Regulares,quàm Sæculares, eiusmodi curam exercentes,subsint immediatè in ijs,quæ ad dictā curam,& Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni,visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita. Itemque vt Episcopi vniuersi

ſub obteſtatione Diuini iudicij,& interminatione maledictionis æternę,in omnibus Monaſterijs,ſibi ſubiectis ordinaria; in alijs verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate,Clauſuram Sanctimonialium, vbi violata fuit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt conſeruari maximè procurent; inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas,aliaſque pęnas,quacumq; appellatione poſtpoſita compeſcentes: atque vt Regulares in Ecclesijs ſuorum Ordinum prædicare volentes,ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, in Eccleſijs verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, nullo modo prædicare poſſint,ſine Epiſcopali licentia: contradicente autem Epiſcopo, nulli etiam in ſuorum Ordinum Eccleſijs prædicare præſumant. Verum,quia experientia compertum eſt Eccleſiaſtici regiminis rationes poſtulare, vt decretis eiuſmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione noſtra, & ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac generali, ac perpetuò valitura Conſtitutione decernimus,ſtatuimus, & declaramus,vt deinceps,tàm regulares,quàm ſæculares quomodolibet exempti, ſiuè animarum curam perſonarum ſæcularium Monaſterijs,ſeù domibus regularibus,aut quibusuis alijs Eccleſijs,vel beneficijs, ſiuè regularibus,ſiuè ſæcularibus incumbentem exerceant; ſiuè aliàs Eccleſiaſtica Sacramenta, aut vnum ex illis miniſtrent,præuia Epiſcopi licentia,& approbatione; ſiuè quoquomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis adminiſtratione de facto abſque vlla auctoritate ſe ingerant,in his,quæ eiuſmodi curam, ſeù adminiſtrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, viſitationi,& correctioni Dięceſani Epiſcopi,tamquàm Sedis Apoſtolicæ delegati plenè in omnibus ſubijciantur,

tur. Ad hæc tàm Regulares, quàm Sæculares huiusmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa Clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subiectarum ab Episcopo loci similiter tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores verò siuè regulares, siuè sæculares quomodocumque exempti, tàm ordinarij, quàm extraordinarij ad confessiones Monialium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed, & Administrantes bona ad huismodi Monasteria Sanctimonialium, vt præfertur, etiam regularibus subiectarum pertinentia, siuè regulares extiterint, siuè sæculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus regularibus singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur; ad idque iuris remedijs cogi, & compelli queant, liceatque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, vt eiusmodi Cõfessores, atq; Administratores amoueãt; ijsq; Superioribus id facere detractantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit. Ac similiter possit Episcopus vnà cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, absque vlla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat

Epi-

Episcopus tamquam dictæ Sedis delegatus auctoritatem coercendi, ac puniẽdi quoscumque exemptos, tàm sæculares, quàm regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint. Ita ut Episcopi in suprascriptis casibus, & in prænominatas personas in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasq; pęnas, vti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnẽque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant. Decernentes, sic per quoscumque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatij Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales (sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti, etiã necessario, & indiuiduo exprimendi, Monasteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque, tàm Sæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, vel Consuetudinibus, etiam immemorabilibus; exemptionibus quoque indultis, & priuilegijs, etiam in corpore Iuris clausis, aut ex causa, & titulo

one-

onero∫o,vel in limine fundationis cõce∫∫is,etiam Mari Magno, ∫eù Bulla aurea,aut alias nũcupatis;Cõ∫eruarũ deputationibus, eorũq; atque alijs inhibitionibus, quibus Epi∫copi deferre minimè teneãtur, & quibusuis alijs,∫ub quibuscũq; tenoribus, & formis, aut cum quibusuis,etiã derogatoriarum derogatorijs,alijsque efficacioribus,& in∫olitis clau∫ulis, necnon irritantibus decretis,etiam Motu proprio,& ex certa ∫cientia, ac de Apo∫tolicæ pote∫tatis plenitudine, aut alias quomodolibet,etiam per viam communicationis, ∫eù extentionis conce∫∫is, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis; etiam ∫i pro illorum ∫ufficienti derogatione de illis,eorumque totis tenoribus,& formis ∫pecialis,indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau∫ulas generales idem importantes, mentio, ∫eù quæuis alia expre∫∫io habenda,aut aliqua alia exqui∫ita forma ∫eruanda e∫∫et; tenores huiu∫modi, ac ∫i de verbo ad verbum nihil penitus ommi∫∫io,& forma in illis tradita ob∫eruata in∫erti forẽt,præ∫entibus pro expre∫∫is habentes quibus,quoad ea,quę ei∫dem pręsentibus aduer∫antur (illis alias in ∫uo robore permã∫uris) ∫pecialiter,& expre∫sè derogamus, cæteri∫que contrarijs quibuscumque.Cæterum, quia difficilè foret præ∫entes Litteras ad ∫ingula quæque loca deferri vt eæ tamen omnibus innote∫cant,mandamus illas ad valuas Lateranen. & Principis Apo∫tolorum de Vrbe Ba∫ilicarum, atque Cancellariæ Apo∫tolicæ, & in acie Campi Floræ publicari,& inibi affigi, & per aliquod temporis ∫patium dimitti, ei∫que detractis, earum exempla eo in loco relinqui. Ac volumus,vt earumdem præ∫entium Litterarum tran∫umptis, etiam impre∫∫is manu alicuius Notarij publici ∫ub∫criptis,& ∫igillo Prælati, ∫eù per∫onæ in dignitate Eccle∫ia∫tica con∫titutæ munitis in Iudicio,& extrà illud, vbi opus

fue-

fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominũ liceat hãc paginã nostrorũ statuti, declarationis decretorũ, derogationis, mandati, & volũtatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationẽ Omnipotentis Dei, ac Beatorũ Apostolorũ eius Petri, & Pauli, se nouerint incursurũ. Datũ Romæ apud S. Petrũ, Anno Incarnationis Dominicæ 1622. Nonis Feb. Pontificatus nostri anno secundo.

V. Dat.

S. de Vrsinis.

Registrata in Secretaria Breuium.

DECLARATIONES ALIQVOT SACRÆ Congregationis Concilij super Constitutione sanc. mem. Gregorij XV. de exemptorum Priuilegijs.

Posita Constitutione felic. record. Gregorij XV. de Exemptorum Priuilegijs &c. Dubitatur.

1 AN liceat Episcopis visitare Altaria Regularium Ecclesiarum, quibus cura Animarum personarum sæcularium, non incumbit, aut loca, vbi ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi audiuntur confessiones personarum sæcularium?

2 An Episcopi possint Regularibus præscribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum

rum personarum confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis?

3 An facultas Episcopi per Constitutionem attributa in exemptos, tàm sæculares, quàm Regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius Diœcesis?

4 An eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium, ac iurisdictionem, quasi Episcopalem habentibus?

5 An per eamdem Constitutionem in illis verbis, (possit Episcopus vna cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum &c. electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere) ius Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur?

6 An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati, debeant ab Episcopo examinari, & approbari?

7 An Superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seù deputati, alia indigeant Episcopi approbatione, pro confessionibus Sanctimonialium, sibi subiectarum audiendis?

8 An confessiones, quas audiunt Superiores Regulares electi, seù deputati, vel confirmati, post publicationem, & scientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullæ, atque irritæ necne?

9 An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas, censeantur, etiam approbati ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum?

10 An Regularis ad audiendas confeſſiones Monialium vnius Monaſterij ab Epiſcopo approbatus, confeſſiones Monialium alterius Monaſterij audire poſſit?

11 An Confeſſores Regulares extraordinarij ſemel ab Epiſcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium confeſſiones, pro vna vice, infra annum ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. poſſint, virtute dictæ approbationis, pluries tanquam Confeſſores extraordinarij earumdem Confeſſiones audire, abſque noua Epiſcopi licentia?

12 Cum in eadem Conſtitutione ſtatutum ſit, vt liceat Epiſcopo, ex rationabili cauſa Superiores Regulares admonere, vt amoueant Confeſſores Monialium, atque Adminiſtratores bonorum, ad earumdem Monialium Monaſteria pertinentium, ijſque Superioribus id facere detractantibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores, & Adminiſtratores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit: An eiuſmodi cauſam Epiſcopus Superioribus Regularibus ſignificare teneatur?

13 An eadem Conſtitutio, qua parte ſupponit Epiſcopi iuriſdictioni Regulares delinquentes circa perſonas degentes intra ſepta Monaſteriorum Monialium, aut circa Clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem eorumdem Monaſteriorum habeat locum in omnibus delictis, an verò ſolum in notorijs, & cum ſcandalo populi?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum, cenſuit, Conſtitutionem sanc. mem. Gregorij XV. de Exemptorum priuilegijs, nequaquam ſubijcere Regulares exemptos; quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non in-

cum-

cumbit, Episcoporum iurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt; nisi cum in Sacramentis personis sæcularibus administrandis ijdem Regulares delinquunt, ac propterea.

Ad primum dubium respondit, Episcopis non licere in vim eiusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum sæcularium, nec loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi Confessiones personarum sæcularium audiuntur.

Ad secundum, hac in parte Constitutionem nihil noui iuris induxisse, ne vllam nouam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse, ideòque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, vt certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum priuilegia in Sacramentis administrandis, restringere, aut moderari. Quod si aliundè Episcopis huiusmodi facultas cõpetat, illam nõ fuisse ab eadem Constitutione sublatam.

Ad tertium censuit, eiusmodi facultatem nõ intelligi tributam Episcopis in personas nullius Diœcesis.

Ad quartum non competere.

Ad quintum, Ius confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad sextum, Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbẽtur. Ordinarios verò Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse, durante

te triennio ab eorũ deputatione inchoando, pergere in Confessionibus Sãctimonialiũ audiẽdis, absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, vt illorum facultas à Sede Aostolica vltra triennium prorogetur, tunc debere, eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Ad septimum, Superiores Regulares electos, seù deputatos, ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competebat audiendi cõfessiones Monialium sibi subiectarum, posse durante eorum officio, pergere sine alia Episcopi approbatione in confessionibus audiẽdis illarum tantum, quæ spontè, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui post Cõstitutionem eligentur, aut quoquomodo deputabuntur, vel qui eorum officijs, seù dignitatibus expleto iam tempore à Constitutionibus cuiuscumque Ordinis, vel alias, legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium confessiones audire, nisi prius à Diœcesano Episcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.

Ad octauum, confessiones huiusmodi nullas, atque irritas esse.

Ad nonum, Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam censeri approbatos, ad audiẽdas cõfessiones Monialium sibi subiectarum, sed egere, quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

Ad decimum, Regularem ad audiendas confessiones Monialium vnius Monasterij ab Episcopo approbatum; minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterij.

Ad

Ad decimumprimum, Confessores extraordinarios, semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro vna vice audiendas, haud posse pluries, in vim approbationis eiusmodi illarum confessiones audire: sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contingerit.

Ad decimumsecundum non teneri, eiusmodi causam significare Superioribus Regularibus; sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregatio seriò onerauit, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquomodo abutantur eius rei in districto Dei iudicio rationem reddituri.

Ad decimumtertium, Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notorijs tantum, & cum populi scandalo.

Quæ Sacrę Congregationis responsa ad se relata fel. rec. Greg. XV. & Sanct. D.N. Vrbanus VIII. in omnibus approbarunt.

A. Card. Caetanus.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Declaratio super eadem Const. edita Anno 1624.
Posita Constitutione Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs &c.

An Regularis absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subiectarum, ibique in loco colloquijs destinato cum Moniali colloquens, à Diœcesano Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri, & puniri possit?

Sacra

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit. Posse. Quam Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Noster Vrbanus VIII. ad se relatam approbauit.

Cosmus Card. de Torres.

Locus ✠ Sigilli.

Prosper Fagnanus S.Congr.Secr.

Declaratio super eadem Const. edita Anno 1626.

An liceat Episcopo in vim Constitutionis san. mem. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, punire Regulares, qui ad Abbatissæ electionem procedunt, ante tempus ipsi Episcopo significatum, aut die electionis eidē nullatenus prænunciata?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum respondit: Regulares ex eadem Constitutione, ita demum teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eumque vsque ad præfinitum tempus expectare, si antea, ipse expressè declarauerit, se vti velle facultate sibi in hac parte attributa, Abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere. Post eam verò declarationem licere Episcopo animaduertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatissæ electionem procedunt.

Cos. Card. de Torres.

Locus ✠ Sigilli.

Prosper Fagnanus S.Congr.Sec.

Decre-

DECRETVM SVPER STATV MVLIERVM Tertij Ordinis in priuatis domibus degentium illarumque ad habitum admissione.

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum,& Regularium præpositorum, ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium super immunitate,& exemptione Tertiariarum,quæ in priuatis domibus degunt, vulgò Bizzoche, seù alio quouis nomine nuncupatarum, in primis, & ante omnia in memoriam reuocat, ea quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum in eamdem sententiam respondit, videlicet:

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, sæpius respondit, minimè posse Sacerdotes Regulares Mulierum Tertij Ordinis,quas de Pœnitentia, vel Bizzocas vocant, confessiones sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas;quemadmodum,nec posse illis sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare in die Paschatis Resurrect.Sanctiss.D.N. Iesu Christi, Verum quoad sepulturam,atque alia Priuilegia,Fratres, Tertiarios, Mantellatos,Corrigiatos,aliosque similes ita demùm Ordinis,cuius Tertiæ Regulæ habitum assumpserunt, Priuilegijs potiri,& ab Ordinarij iurisdictione exemptos esse,si viri collegialiter viuant,seù cum Claustralibus habitent,& Mulieres virginalem, seù cælibem, aut castam vidualem expresso voto,& sub dicto habitu vitam traduxerint; quemadmodum cauetur Constitutione Concilij Lateranen. sub Leone X. quæ habetur sess. 22. in fin. Hoc autem voto mulierum, alia

duo,

duo,scilicet paupertatis, & obedientiæ, nequaquam includi; quinimò huiusmodi mulieres,si vitam virginalem, aut cęlibem simpliciter expresſèque vouerint etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut proprijs domibus,vel seorsum habitantes supradictis Priuilegijs ordini, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneq; ab Ordinarij iurisdictione frui debere, vt idem Leo postea declarauit Constitutione edita die prima Martij 1518. An autem prædictæ qualitates in huiusmodi Tertiarij concurrant Ordinarij loci esse iudicium?

Præterea si contingat aliquas ex prædictis Tertiarii sine sepulturæ electione decedere, eas sic decedentes,ita demùm in Ecclesijs Ordinis cuius habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur, sin minus in Ecclesijs Parochialibus sepeliendas esse decernit.

Superioribus autem Regularibus, sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis (Cappuccinis exceptis) licere mulieres ad huiusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere nō autem ad habitum admittendas, & recipiendas esset,nisi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in ætate saltem quadraginta annorum constitutas,quæ de proprio habeant,vnde sufficienter viuere possint,& non cum alijs viris,quam cum consanguineis,vel affinibus in primo tantum gradu sibi coniunctis cohabitent,& ab Ordinario loci licentia prius impetrata,qui non aliter eam concedat,nisi de prædictis præuio examine diligenti sibi constiterit.

Verum in huiusmodi habitu concedendo,& respectiuè deferendo,omninò à velo supra caput, quod superiectum vocant,à Pectorali, quod vulgò dicitur, Sottogola, & à Patientia abstinendum esse; quinimò

eas,

eas, quæ ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre deprehenſæ fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ab Ordinarijs locorum compellendas eſſe decernit.

Supradictis verò Decretis mulieres Tertij Ordinis, quæ collegialiter viuunt, non comprehendi, quinimò eas diſpoſitioni Conſtitutionis Pii Papæ V. editæ anno 1566. 4. kalendas Iulii, quæ incipit (circa Paſtoralis) penitus ſubiacere expreſsè declarat. Non obſtantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Dat. Romæ 20. Decembris, anni 1606.

Antonius Card. Saulius.

Locus ✠ Sigilli.

V. Theatinus Secret.

DECRETA SACRÆ CONGREGATIONIS Concilij S.D.N. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ VIII. authoritate edita de Celebratione Miſſarum.

CVm ſæpè contingat, in quibuſdam Eccleſijs tàm magnum Miſſarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis, aut piorum eleemoſynis impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri, & tamen noua onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur: indèque fiat vt depereant piæ teſtantium voluntates; obſtricta benefactoribus fides violetur; defunctorum animæ ſuffragiis priuentur; Eccleſiis debitus ſubtrahatur cultus; ac Chriſtifideles

graui ſcandalo affecti, plerumque à ſimilibus charitatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximũ inter cætera fomentum præbeat, aut quod ij, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt ſperent, illas breui ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri, aut quod Eccleſijs, ſorte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneãt onera Miſſarum abſq; vllo emolumento; aut quod eleemoſyna pro illis celebrandis ſit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic ſe muneri ſubijcere, & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro neceſſaria ſua ſuſtentatione nouis ſe oneribus obſtringere compellantur. Sacra Congregatio Card. Concilij interpretum Animaduertens facturam fore ſe Deo grauiſſimam, charitatique, ac iuſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat, hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica conuellere, atque eradicare: Sanctiſs. D.N. Vrbani Diuina Prouidentia PP. VIII. authoritate ſibi ſpecialiter attributa infraſcripta decreta edidit.

Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, nè Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo reducant onera vlla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis: ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel cõmutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur; quæ re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri contingerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè vbi pro pluribus Miſſis, etiam eiuſdem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia, quantumcumque

que incongrua,& exigua,siuè ab vna, siuè à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus,Ecclesijs,Capitulis,Collegijs,Hospitalibus,Societatibus, Monasterijs, Conuentibus, Congregationibus,Domibus,ac Locis pijs, quibuscumq; tàm sæcularibus,quàm regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione Diuini iudicij mandat,ac pręcipit,vt absolutè tot Missæ celebrentur,quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint; ità vt alioquin ij, ad quos pertinet,suæ obligationi non satisfaciant; quinimò grauiter peccent,& ad restitutionem teneantur.

Id verò vt deinceps obseruetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusuis personis, Ecclesijs,ac locis Piis,tàm sæcularibus,quã regularibus cuiuscũque Ordinis,Congregationis,& Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur,vt certarum Missarum,vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis,seù orationibus,plurimum Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens; prohibet Sacerdoti,qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna,ne eamdem Missam alteri,parte eiusdem eleemosynæsibi retenta,celebrandam committat.

Prætereà,ne in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt,Sacerdotes in eis, vt par est,adimplendis eo tepidiores, ac segniores reddantur,quod onera huiusmodi cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta,statuit, atque decernit, vt pecunię,ac bona mobilia Ecclesijs,Capitulis,Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasterijs,Conuentibus,ac locis omnibus, tàm sæcula-

ribus,quàm regularibus,atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum,ab ijs,ad quos pertinet(sub pęna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda) à die realis acquisitionis statim deponi debeant penès ædem sacram,vel personam fide , & facultatibus idoneam,ad effectum illa , seù illorum pretium quamprimum inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis,cum expressa , & indiuidua mentione oneris,quod illis annexum reperitur; ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contingerit eorumdem pretium sub eadem pœna , vt supra deponi,atque in alijs bonis stabilibus itidem fructiferis,cum eiusdem oneris repetitione,atque annexione conuerti debeat.

Ad hæc Sacra Congregatio quibusuis Capitulis, Collegiis,Societatibus,& Congregationibus,necnon omnibus,& singulis Ecclesiarum,ac piorum locorum, tàm sæcularium,quàm regularium Superioribus, vel aliis,ad quos pertinet,districtè prohibet, nè in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum ; sæculares quidem sine Episcopi, vel eius generalis Vicarij , Regulares verò sine Generalis , vel Prouincialis consensu , & licentia in scriptis,& gratis concedenda : alioquin sæcularis , qui huius prohibitionis transgressor extiterit ; ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso : Regularis verò pęnam priuationis omnium officiorum,quæ tunc obtinebit,ac perpetuæ inhabilitatis ad alia,de cætero obtinenda , vocisque actiuę,ac passiuæ,absque alia declaratione incurrat . Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum idem accipere possint , si oneribus anteà impositisità satisfecerint , vt noua quoque onera suscipere valeant;alioquin omninò ab-

ſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiã ſpontè oblatis in futurum recipiendis,&capſulas auferant ab Eccleſijs,cum inſcriptione illa (eleemoſyna pro Miſſis) vel alia ſimili,ſub ijſdem pęnis ipſo facto incurrendis; ne fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, seù eius Vicarius,aut Generalis,vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti in ſingulis caſibus diligenter inquirant, de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccleſiæ,Monaſterio,aut loco Pio incumbentibus; nec anteà aſſenſum huiuſmodi,aut licẽtiam præbeant, quàm eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes, tàm nouo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis iam ſuſceptis satisfacere poſſe,præcipuamque rationem habeant,vt redditus,qui Eccleſijs,& locis Pijs relinquuntur,omninò reſpondeant oneribus adiunctis, ſecundum morem cuiuſcumque Ciuitatis,vel Prouinciæ; intelligantque ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint;in nouiſſimo die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.

Poſtremò Illuſtriſs. Patres, non ſine graui animi dolore intelligentes,mala ferè omnia,quæ regularem diſciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Miſſarum ſupra vires ſuſcipiendis,veluti ex infecta radice pullulare ex maiori Regularium numero,quam ferant redditus,& eleemoſynæ cuiuſcumque Monaſterij; inhærentes Summorum Pontificum, ac ſacri Tridentini Concilij decretis hac de re editis, Sanctiſſimi Domini Noſtri authoriate præcipiunt,ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus,Prouincialibus,Commiſſarijs,Miniſtris, Præſidentibus,Abbatibus,Prioribus,Prępoſitis,Guardianis, Vicarijs, & quibuſcumque alijs Superioribus Monaſteriorum,Conuentuum,ac Domorum Regula-

rium bona immobilia possidentium, vel non possidẽtium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium: vt singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tàm communes Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum eiusdem Prouinciæ, quàm etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seù permissas, in communem vsum deinceps cõferendas decem annorum immediatè præcedentium, habita ratione, diligenter, & maturè recognoscant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere; eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seù Congregatione generali, vel prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo, seù Congregatione deligendis, proponat; qui computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, & oneribus, vt supra detractis, sedulò examinent, quot religiosi homines (commemoratis etiam laicis, alijsque necessarijs seruientibus) in vnoquoque Monasterio, Conuentu, & Domo regulari iuxta religionis, & proprij instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustẽtari. Tùm eorumdem bonorum reddituum eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seù Congregationi exhibeant, vt in illo diligenter omnibus discussis, cuiuscumque familiæ Monasterij, Conuentus, ac Domus regularis in singulaquaque Prouincia certus earum tantum personarum

nume-

numerus, Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuctionibus, vt superius, sufficienter ali possint. Nè verò Superiores, qui id præstare debent seriùs, aut remissiùs, quam par est, suo muneri satisfaciant, mandat Sacra Congregatio vt infra annum, post proximum Capitulum generale, vel prouinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redactam ad Sacram ipsam Congregationem Concilij singuli mittant; numerumque familiæ, singulorum Cōuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli, seù Congregationis generalis, vel prouincialis sententia, & auctoritate præfinitum; ijdem Superiores tàm Generales, & Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò seruare omninò teneantur; nec possint illum quoquomodo augere, etiam prętextu augumenti reddituum, absque Sacræ ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, vt supra, præscriptum quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque actiuæ, ac passiuæ, & ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pęnam eo ipso incurrere, atque aliis etiam grauioribus à Sede Apostolica infligendis pęnis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declarauit.

Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seù Regularium, nullibi recipiatur, nisi præter alia ad ipsa requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seù Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, vt supra, detrahendis, competenter sustentari valeant.

ad

ad præſcriptum decreti fel. rec. Greg. XV. hac de re edici. Alioquin Monaſteria, & loca huiusmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſupra, ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt; & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.

Porrò, ne vllo vnquam tempore hæc in obliuionem, ſeù deſuetudinem abeant, Superiores locales cuiuſcumque Monaſterii, Conuentus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur, ſub pęna priuationis officii, vocisque actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, vt in perpetuum, ſexto quoque menſe, id eſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Aduentus, & feria ſexta poſt Octauam Corporis Chriſti præſentes ordinationes in publica menſa perlegantur. Omnibus tàm Eccleſiaſticis perſonis, cuiuſcumque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis quocumque honore, ac poteſtate præditis præſentia decreta declarãdi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non obſtantibus (quo ad ſupraſcripta omnia, & ſingula in præſentibus decretis contenta) Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum; tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Inſtituti etiam neceſſariò, & indiuiduo exprimendi, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Cõfraternitatum, & aliorum quorumcumque, tàm ſæcularium, quàm regularium locorum; necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate, alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus,

priui-

priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari Magno, seù Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seù extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis; etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum (non autem per clausulas generales) mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, pręsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus aduersantur (illis alias in suo robore permansuris) Sacra Congregatio Sãctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit; voluit eadem Sacra Congregatio, vt præsentes Ordinationes in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in aciæ Campi Floræ, vt moris est, affixæ, omnes ad quos pertinet, ità arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent: Vtque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forēt exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ die 21. Iunii 1625.

C. Cad. de Torres. Locus † sigilli. Prosp. Fagn. S. Cōg. Secr.

DECLARATIONES ALIQVOT Sacr. Congreg. Concilij S.D.N. Vrbani Papæ VIII. auctoritate editæ, super Decretis eiusdem Congregationis, De celebratione Missarum.

SVper primo Sacræ Congregationis Decreto, de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quoquomodo, reducāt onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quod si legatum sit ita tenuè, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit, pro expensis ad id necessarijs?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, vt possit huiusmodi onera moderari?

Secundò, super secundo eiusdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam iuxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficij, seù Cappellæ, Legati, aut salarij

larij, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis votiuis, aut defunctorum recipere, & vnico Missæ sacrificio vtrique oneri satisfacere?

Quintò posito, quod Testator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Missæ, absque vlla præscriptione eleemosynæ.

Quæritur, an liberum sit hæredibus eleemosynā sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sextò, super tertio Congregationis decreto in quo eadem Congregatio reuocat Priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seù Orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, an verba (in futuris suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Priuilegium?

Septimò, super quarto eiusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, vt retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesię, Altarium inseruientium, Paramentorum, Luminum, Vini, Hostiæ, & similium?

Octauò, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, ideſt an Rector Beneficij, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redditnum Beneficij?

Decimò, an Sacerdotes, quibus aliquando offer-

tur eleemosyna maior solita pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integram eleemosynam ijs, quibus Missas celebrandas committunt: An verò satis sit, vt dent celebrantibus eleemosynam cõsuetam?

Vndecimo, super quinto eiusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba (eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis) ità demum ijdem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant; Alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam spontè oblatis, in futurũ recipiendis, & capsulas auferant &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat absolutè, quo minus accipiant nouas eleemosynas ij, qui acceptis non satisfecerunt, & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quod si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cum primum poterit?

Decimo tertio, An pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem decreto afficiant tàm eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quàm eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vel ibidem præcipitur?

Decimo quarto, An in hoc decreto compræhẽdantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesijs in die Commemorationis omnium Defunctorum, & vulgò dicuntur (casse de' Morti)?

Decimo quinto, An Administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & concursus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si ijsdem Missis nonnisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesiæ, & deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt minuantur.

Deci-

Decimo ſexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum locorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium, Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali (& alijs, ad quos pertinet) ſupplicatur pro opportuna declaratione.

Decimo ſeptimo, ſuper ſeptimo eiuſdem Sacræ Congregationis decreto, quo cauetur, vt in ſingulis Monaſterijs Religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſuetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari.

Quæritur, An vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim ſimilis decreti san. mem. Pauli V. abſque tamen computatione redditúum cuiuſcunque Religioſi, ſit denuò facienda, nec ne?

Decimo octauo, An Nouitij, ad habitum Regularem admiſſi, poſſint admitti ad profeſſionem in Monaſterijs, in quibus, habita, vt ſupra, præfixione numeri commodè ali non poſſunt?

Decimo nono, ſuper vltimo, quo cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem Fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, itaut alioquin ſubſint iuriſdictioni ordinariæ.

Quæritur, An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas Religiones, quæ non conſueuerunt onera Miſſarum recipere, vt ſunt Religiones Capuccinorũ, ac Societatis Ieſu?

Vltimo, An idem decretum, vbi diſponit (vt nullibi recipiantur Monaſteria, niſi &c.) habeat lo-

cum

cum in Italia dumtaxat, ad quam est rescriptum decretum proximè antecedens; An verò etiam extra Italiam?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum auctoritate sibi à Sanctiss. D. N. attributa, Ad singula dubia superius proposita ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad primum, & si legatum sit ad eo tenuè, nihilominus pro reductione oneris, vt supra, impositi ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam; quæ absque vlla impensa id statuet, quod magis in Domino è re esse iudicauerit. Verumtamen si in ipsa beneficij erectione expressè cautum fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari; legem hanc fundationis, quàm decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & obseruandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quòd si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem suæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad tertium teneri.

Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seù Cappellæ, Legati, aut salarij, si eleemosynas, pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, vbi nullam certam eleemosynam testator relinquit, esse ab Episcopo præscribēdam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad sextum, ita esse intelligenda.

Ad

Ad ſeptimum, reſpondit, permittendum non eſſe, vt Eccleſiæ, ac loca pia, ſeù illorum adminiſtratores, ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum vllam, vtcunque minimam, portionem retineant, ratione expēſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione; niſi cum Eccleſiæ, & loca ipſa alios non habent redditus, quos in vſum earumdem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc, quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantum Miſſæ ſacrificio neceſſario ſunt ſubeundæ, & nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe, vt ex pecunijs, quæ ſuperſunt (expenſis vt ſupra deductis) abſolutè tot Miſſę celebrentur, quot pręſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemoſynas.

Ad octauum, non habere locum, ſed ſatis eſſe, vt Rector beneficij, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam cōgruam ſecundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ: niſi in fundatione ipſius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem ſibi retinere poſſe.

Ad vndecimum, reſpondit, non prohibere abſolutè: Ac propterea, & ſi oneribus iam ſuſceptis non ſatisfecerint; poſſe tamen noua etiam onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

Ad duodecimū, quamuis onera ſuſcepta infra modicum tempus adimpleri nequeant: ſi tamen tribuens eleemoſynam pro aliarum Miſſarum celebratione id ſciat, & conſentiat; vt illæ tunc demum celebrentur, cum ſuſceptis oneribus ſatisfactum fuerit: Decretum non prohibere, quo minus eo caſu eleemoſyna accipiatur pro ijſdem Miſſis iuxta benefactoris cōſenſum celebrandis.

Ad

Ad decimum tertium, has pęnas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel eius Generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad decimum quartum, comprędendi.

Ad decimum quintum, non posse nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, vt supra in respõsione ad duodecimum.

Ad decimum sextum, comprędendi etiam priuatos Sacerdotes.

Ad decimum septimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam, seruata forma vltimi decreti, hac de re editi.

Ad decimum octauum, esse admittendos ad professionem, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio eiusdem Religionis esse collocandos, vbi commodè ali possint.

Ad decimum nonum, censuit comprędendere.

Ad vltimum, habere locum etiam extra Italiam.

Cosm. Card. de Torres.

Loco ✠ sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

FERIA QVINTA.

Die 24. Septembris 1665.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. N. D. Alexandro Diuina Prouidentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. audiuit non sine magno animi sui mærore, complures opiniones Christianæ disciplinæ relaxatiuas,& animarum perniciem inferentes,partim antiquatas iterum suscitari, partim nouiter prodire: & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere,per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinãdi irrepsit, alienus omninò ab Euangelica simplicitate,Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare,ne vllo vnquã tempore viam salutis,quam suprema veritas, Deus, cuius verba in æternum permanent; arctam esse definiuit,in animarum perniciem dilatari,seù veriùs peruerti contingeret,idem Sanctissimus D. N. vt oues sibi creditas,ab eiusmodi spatiosa,lataque, per quam itur ad perditionem, via; pro pastorali sollicitudine in rectam semitam euocaret, earumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis,& Reuerendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus

Inquisitoribus seriò commisit: Quin tantum negotiū strenuè aggressi, eique sedulò incumbentes, & maturè discussis vsque ad hanc diem infrascriptis propositionibus super vnaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ sigillatim pertinentium exposuerunt.

1 Homo nullo vnquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis ex vi præceptorum diuinorum ad eas virtutes pertinentium.

2 Vir equestris ad duellum prouocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia asserens, Bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id nō derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est anno 1629. 18. Iulij in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerata est.

4 Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absoluere quoscunque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.

5 Quamuis euidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare si probare non possis.

6 Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione; ac proindè non est denunciandus.

7 Modus euadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est: si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absoluere absque onere denunciandi.

8 Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti

corre-

correſpōdentem,idque poſt Decretum Vrbani VIII.

9 Poſt Decretum Vrbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur, per alium ſatisfacere collatio illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendij ſibi retenta.

10 Non eſt contra iuſtitiam pro pluribus Sacrificijs ſtipendium accipere,& ſacrificium vnum offerre; Neque etiam eſt contra fidelitatem, etiam ſi promittam promiſſione,etiam iuramento firmata, danti ſtipendium,quod pro nullo alio offeram.

11 Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeù oblita ob inſtans periculum vitæ,aut ob aliam cauſam, non tenentur in ſequenti Confeſſione exprimere.

12 Mendicantes poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopis reſeruatis,non obtenta, ad id Epiſcoporum facultate.

13 Satisfecit præcepto annuæ Confeſſionis, qui confitetur Regularis Epiſcopo præſentato, ſed ab eo iniuſtè reprobato.

14 Qui facit Confeſſionem voluntariè nullam ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.

15 Pœnitens propria auctoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt,qui loco ipſius pœnitentiam adimpleat.

16 Qui beneficium Curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17 Eſt licitum Religioſo,vel Clerico calumniatorem grauia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem,occidere,quando alius modus defendendi non ſuppetit,vti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus,vel ipſi Religioſo,vel eius Religioni publicè, & coram grauiſſimis Viris prædicta impingere,niſi occidatur.

18 Licet interficere falſum Accuſatorem, falſos

Teſtes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum euitare.

19 Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Vxorem in adulterio deprehenſam.

20 Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiatis, non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam Iudicis eò quod ſit pęna.

21 Habens Cappellaniam collatiuam, aut quod vis aliud Beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet, ſatisfecit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet.

22 Non contra iuſtitiam Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica, pecunia interueniente non exigit illam pro collatione beneficij, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre nō tenebatur.

23 Frangens ieiunium Eccleſiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult ſe ſubijcere præcepto.

24 Mollities, Sodomia, & beſtialitas ſunt peccata eiuſdem ſpeciei infimæ; ideòque ſufficit dicere in Confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.

25 Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit Cōfeſſionis præcepto, dicens: Commiſi cum ſoluta graue peccatum contra caſtitatem non explicando copulam.

26 Quando litigantes habent pro ſe opiniones æquè probabiles, poteſt Iudex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in fauorem vnius præ alio.

27 Si liber ſit alicuius iunioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dùm non conſtet, reiectam eſſe à Sede Apoſtolica tamquam improbabilem.

28 Populus non peccat, etiamsi absque vlla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium Propositionum examini cura, & studium impenditur, intereà idem Sanctissimus re maturè considerata statuit, & decreuit, prædictas Propositiones, & vnamquamque ipsarum, vt minimùm, tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet, itaut quicunque illas, aut coniunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatiuè, publicè, aut priuatim tractauerit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquàm in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolui.

Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Diuini Iudicij prohibet omnibus Christi fidelibus cuiuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam specialis specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco ✠ sigilli.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto Indictione tertia die verò 2. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D.N.D. Alexandri, Diuina Prouidentia Papæ VII. anno vndecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ

Apo-

Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Carolum Melanum eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

FERIA QVINTA.

Die 18. Martij *1666*.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſimo D. N. D. Alexandro Diuina Prouidentia Papa VII. ac Eminentiſſimis, & Reuerendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana aduerſus hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica Deputatis.

Sanctiſſimus D. N. poſt latum Decretum die 24. Septembris proximè elapſi, quo viginti octo Propoſitiones damnatæ fuerunt, examinatis ſedulò, & accuratè vſque ad hanc diem infraſcriptis alijs quadrageſimum quintum numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magiſtros, ac per Eminentiſſimos, & Reuerendiſſimos DD. Cardinales aduerſus hæreticam prauitatem Generales Inquiſitores, eorum ſuffragia ſigillatim ſuper vnaquaque ipſarum audiuit.

Propoſitio *29*. In die Ieiunij, qui ſæpiùs modicum quid comedit, & ſi notabilem quantitatem, in fine comederit, non frangit ieiunium.

30 Omnes Officiales, qui in Republica qui corporaliter laborant ſunt excuſati ab obligatione ieiunij, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum ieiunio.

31 Excuſantur abſolutè à præcepto ieiunij omnes illi,

illi, qui iter agunt equitando, vtcumque iter agant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam si iter vnius diei conficiant.

32 Non est euidens, quod consuetudo non comedendi oua, & lacticinia in Quadragesima obliget.

33 Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascunque eleemosynas, quas anteà Beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit.

34 In die Palmarum recitans Officium Paschale satisfacit præcepto.

35 Vnico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

36 Regulares possunt in foro conscientiæ vti priuilegijs suis, quæ sunt expressè reuocata per Concilium Tridentinum.

37 Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatæ à Paulo V. hodie sunt reualidatæ.

38 Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimùm, est consilium, non præceptum.

39 Illa particula quamprimùm, intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40 Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus vlterioris, & pollutionis.

41 Non est obligandus concubinarius ad eijciendam concubinam, si hæc nimis vtilis esset ad oblectamentum concubinari, vulgò, regalo, dùm deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inueniretur.

42 Licitum est mutuanti aliquid vltra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem, vsque ad certum tempus.

An-

43 Annuum legatum pro Anima relictum, non durat plusquam decem annos.

44 Quo ad forum conscientiæ, Reo correcto, eiusque contumacia cessante, cessant censuræ.

45 Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, vsque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decreuit, prædictas Propositiones, & vnamquamque ipsarum, vt minimùm, tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet: Itaut quicunque illas, aut coniunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatiuè, publicè, aut priuatim tractauerit; nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolui.

Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Diuini Iudicij prohibet omnibus Christi fidelibus cuiuscunque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco ✠ sigilli.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die verò 23. mensis Martij, Pontificatus autē Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Alexandri, Diuina

Diuina Prouidentia Papæ VII. anno vndecimo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Carolum Melanum eiuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

CASVS EPISCOPALES.
Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Archiepiſcopo Barenſi, & Canuſino Reſeruati.

QVoniam magnopere ad Christianum Populum in timore Dei continendum pertinet, iuxta Sacroſanctum Tridentini Concilij Decretum, vt atrociora, & grauiora crimina ab Epiſcopis dumtaxat abſoluantur. Ideò Nos pro noſtra paſtorali cura in Domino expedire iudicauimus Cenſuras infraſcriptas, & Caſus reſeruare, à quorum abſolutione diſtrictè præcipimus, & mandamus, vt Sacerdotes omnes Confeſſarij Sæculares, ſiuè Regulares, etiam à Nobis quouis modo approbati, ſeù approbandi omninò abſtinere debeant ab abſolutione ſine noſtra, vel noſtri Vicarij Gen. licentia, & facultate obtenta in ſcriptis, ſub pena priuationis facultatis tradita Confeſſiones audiendi, excepto mortis articulo, iuxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem.

CASVS RESERVATI
quibus eſt annexa Excommunicatio.

AButentes Sacramentis, vel Sacris rebus in quoslibet illicitos vſus; necnon dantes, vel recipiē-

tes Sanctissimã Eucharistiam, aliaque Sacramentalia, seù res Sacras ad malum finem, etiam si non sequatur abusus cum effectu.

2 Sortilegia, Diuinationes, Incantationes, Maleficia, & cætera huiusmodi exercentes, illisque quoquomodo vtentes.

3 Recipientes Chrisma, & Oleum sanctum ab alia, quam ab Ecclesia Metropolitana, & vocantes ad ministrandum Sacramentum Eucharistiæ, siuè Extremæ Vnctionis infirmis alium, quam proprium Parochum, siuè eius Substitutum.

4 Falsum malitiosè deponentes in Iudicio contra Innocentem in causa Criminali, vel in causa Ciuili in graue damnum alterius, vel vt dicatur scienter effecerint, necnon Actuarij, siuè sub Actuarij, siuè Notarij, siuè Scribæ, qui cum alterius partis offensione, vel cum Reipublicæ detrimento dolosè, vel diminutam capiunt informationem, neque omnium dicta testium scribunt.

5 Præsumentes accedere ad Monasteria quamuis exempta, vt cum Monialibus, vel cum alijs quibuscumque in Clausura existentibus colloquantur, sine nostra, vel nostri Vicarij expressa licentia; exceptis mulieribus, & vendentibus necessaria per Ciuitatem circumeuntibus, dummodo non ad alium malum finem colloquantur. Declarantes, quod qui facultatem obtinuerint colloquendi cum aliqua prædictarũ non possunt eadem vti, vt cum alia colloquantur data opera, aut ex professo. Præsumentes autem sub prætextu licentiæ obtentæ cum aliqua ex Monialibus, aut cum alijs quibuscumque intra earum Clausuram existentibus, de rebus obscœnis, verbis, aut actibus impudicis pertractare, vel ludere, vel litteras de rebus obscœnis, siuè internuntium trasmittere ipso facto ex-

com-

communicationem incurrunt in quam excommunicationem incidunt etiam omnes vtriuſque ſexus, qui litteras amatorias,& obſcęnas mittunt, illaſque ſcienter deferunt,& recipiunt.

6 Publici Concubinarij in vtroque ſexu.

CASVS RESERVATI
quibus non eſt annexa Excommunicatio.

BLaſphemantes Deum, vel Beatam Virginem ex peruerſa conſuetudine coram pluribus perſonis ſupra quatuor.

2 Peccatum Sodomiæ exercentes, vel cum Brutis coeuntes.

3 Inceſtuoſi in primo,vel ſecundo gradu consãguinitatis,vel affinitatis; vel cognationis ſpiritualis, & filiationis ex Sacramento Pęnitentiæ contractæ quoad virum tantum.

4 Homicidium voluntarium committentes, ſiuè per ſe, ſiuè per alium auxilium, fauorem, conſiliumque præſtantes. Secundo, ſiuè etiam procurantes abortum poſt fœtum animatum, effectu licet non ſecuto. Tertio,opprimentes proprios, ſiuè alienos filios.

5 Qui non ſatisfecerint pijs Legatis, & Notarij, qui ea cum primum potuerint non denuntiauerint illis,ad quos ſpectat,maximè Eccleſiæ.

6 Incendiarij ante denunciationem, & qui damni,iniuriæque cauſa Vites, vel Arbores alienas inciderint,vel animalia ad vindictam occiderint.

7 Clerici cuiuſuis Ordinis,vel Dignitatis habentes in confidentia bona ſtabilia, vel mobilia Laicorũ in præiuditium Vniuerſitatum,vel Laicorum.

8 Debitores Eccleſiarum, Cappellarum, Monaſterio-

ſteriorum, Monialium, Piorum locorum, & Cenſuum Eccleſiaſticorum, ſi infra menſem poſtquam primo fuerint requiſiti ad ſoluendas duas annatas decurſas reditus, ſiuè cenſus locis prædictis, & perſonis non ſoluerint.

9 Pueros vero, & puellas ante annos quatuordecim completos hiſce noſtris Caſibus, & Cenſuris non intendimus includere.

10 Declarantes, quod exceptis his excommunicationibus, vt ſupra Nobis reſeruatis, necnon ſententia excommunicationis ob manus violentas in Clericum ſuadente Diabolo iniectas iuxta Iuris diſpoſitionem nobis reſeruata; Violationis Immunitatis Eccleſiarum in terminis Conſtitutionis Gregorij XIV. felic. record. prouocantium, & pugnantium in duello in terminis Concilij Tridentini, & Conſtitutionis Gregorij XIII. & Clementis VIII. ac committentes ſcienter ſimoniam realem, & confidentiam beneficialem, Parochi, & omnes Sacerdotes ſæculares noſtræ Cathedralis Eccleſiæ, ſiuè Regulares, quibus eorum Superior permiſerit, à Nobis, ſiuè noſtro Vicario Generali approbati, ſiuè approbandi, audita integra Cōfeſſione abſoluere poſſint, & valeant ab omnibus alijs cenſuris à Iure, & Sacris Conſtitutionibus, aut Synodalibus, ſeù edictalibus Statutis, vſque hodie excluſiuè publicatis, vel de conſuetudine Nobis, & Ordinario loci, aut Archiepiſcopo Barij quouiſmodo reſeruatis, etiam ſi talia forent, quæ ſpecialem requirerent facultatem.

11 Declarantes, quod quamuis per nos conceſſa fuerit, aut in poſterum concedetur facultas alicui Sacerdoti ſæculari, ſiuè regulari abſoluendi à Cenſuris, & Caſibus Nobis reſeruatis. De cenſura circa collocutionem, de rebus obſcœnis, vt ſupra, & de illa circa

Immu-

Immunitatis Ecclesiarum violationem numquam intelligatur concessa facultas absoluendi, nisi fuerit facta expressa mentio.

12 Quo verò ad sollicitantes filios, vel filias spirituales obseruetur Constitutio fel. record. Gregorio XV. contra sollicitantes cum declarationibus expressis in nostra Synodo.

13 Caueant denique Confessarij, tàm Sæculares, quàm Regulares ne prætextu priuilegiorum quemquam absoluant à Casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, præsertim à contentis in Bulla Cœnæ Domini; qui autem scienter ausi fuerint aliquem absoluere ab huiusmodi Casibus, & alijs Nobis reseruatis absque Nostra expressa facultate, & licentia ipso iure suspensi sunt, prout nunc pro tunc suspendimus, ab exercitio Sacramenti Pœnitentiæ.

Barij, Apud Franciscum Zannettum, 1667. Superiorum Permissu.

FORMVLA ABSOLVTIONIS.

Iniuncta prius pęnitentia, & à pęnitente accepta, dicat.

Misereatur tui Omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam.

Deinde Confessarius capite cooperto manu dextera super caput Pęnitentis eleuata, & extensa dicat.

Indulgentiam absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi Omnipotens, & Misericors Dominus. Amen.

Dominus Noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, (si fuerit Ecclesiasticus; si verò

si verò sit Laicus ommittitur hoc verbum) & interdicti in quantum possum,& indiges,& eadem auctoritate ego absoluo te à peccatis tuis in nomine Patris , & Filij,& Spiritus Sancti. Amen.

Postea Confessarius in peccatorum satisfactionem subiungat.

Passio Domini Nostri Iesu Christi, & merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris,& mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum,augmentum gratiæ, & premium vitæ æternæ. Amen.

In Confessionibus frequentioribus, & breuioribus omitti possunt. Misereatur,&c. Indulgentiam,&c. *& satis erit dicere.* Dominus noster,&c. *vsque ad illud.* Passio Domini,&c.

In reconciliationibus dicatur.

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, suspensionis,& interdicti, à quo possum te absoluere, ab illo,absoluo te, item absoluo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Vel dicat breuius.

Ego absoluo te ab omnibus censuris,& peccatis tuis. In nomine Patris,&c.

Si absolui debet excommunicatus in foro exteriori à Delegato ab aliquo Superiore præscripta ei certa forma, illa omninò seruanda est, si verò cum clausula. In forma Ecclesiæ consueta, tunc seruanda sunt, quæ sequuntur.

Primò, vt excommunicatus, si potest, satisfaciat ei, pro cuius offensa fuit excommunicatus, sin minus, sufficientem cautionem, si habeat, vel eam non habens, iuret,

iuret, se cum primum poterit illi satisfacturum.

Secundò, si crimen, ob quod excommunicationem contraxit, sit graue, debet iurare de parendo mandatis Ecclesiæ, quod ei fient pro huiusmodi causa, & præsertim de non delinquendo deinceps contra illum Canonem, aut Decretum, quo spreto, censura contrahitur.

Tertiò, in absolutione hoc vtatur modo, scilicet; Sedens, Penitētem coram se genuflecti faciat, denudatum vsque ad camisiam exclusiuè (si vir non autem mulier fuerit) ac virga, seù funiculis ipsum leuiter percutiendo, dicat integrum Psalmum, Miserere, cum Gloria Patri, &c. & postea surgens, aperto capite, dicat.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluum fac seruum tuum, (vel ancillam tuam) Domine.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (vel ea)
℟. Et filius iniquitatis non nocebit ei.
℣. Esto ei turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus Vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEVS, cui proprium est misereri, semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt hunc famulum tuum (vel famulam tuam) quem, vel quam excommunicationis sententia constringit, miseratio

tuæ

tuæ pietatis clementer absoluat. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde sedeat, & cooperto capite dicat.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius,& Sanctissimi Domini Nostri Papæ Innocentij Vndecimi, vel Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopi Bareñ (vel talis Superioris) mihi commissa, absoluo te à vinculo excommunicationis, in quam incurristi (vel incurrisse declaratus es) propter tale factum,vel causam, (exprimatur) & restituo te communioni,& vnitati fidelium, & Sanctis Sacramentis Ecclesiæ in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Si Sacerdoti nulla sit à Superiore præscripta forma,nec sibi mandatum,vt in forma Ecclesiæ consueta excommunicatum absoluat, nihilominus pro rei grauitate,prædictam cæremoniam,& preces adhibeat; si verò res non fuerit adeo grauis,poterit absoluere hoc modo.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius,& Sanctissimi D. N. Papæ (si à Papa fuerit delegatus) vel Illustrissimi, & Reuerendissimi Archiepiscopi Bareñ (vel talis Superioris) mihi concessa absoluo te,&c. vt supra.

Si verò excommunicationis absolutio detur in foro pœnitentiæ interiori,poterit absolui ab ea, iuxta formam ordinariam supra, in absolutione Sacramentali præscriptam.

Ritus absoluendi excommunicatum mortuum.

Si excommunicatus sit mortuus,& antequam è vita decesserit, dederit signum pęnitentiæ, ne Ecclesiastica sepultura,& Ecclesiæ priuilegijs, quatenus fieri

poterit,

poterit, priuetur absoluatur modo sequenti.

Si corpus nondum sepultum fuerit, verberetur, & absoluatur, vt mox dicetur. Si verò fuerit sepultum in loco prophano exhumabitur, si commodè fieri poterit, & eodem modo verberetur, & post absolutionẽ in loco sacro sepeliatur, si verò commodè exhumari nequeat verberetur locus sepulturæ, & postea absoluatur. Sin autem in loco sacro sit sepultus, non exhumabitur, sed eius sepulchrum verberabitur, & dum corpus sine sepultura verberabitur. Sacerdos dicat Antiphonam.

Exultabunt ossa humiliata, & Psalm. Miserere mei Deus, &c. quo completo sequatur dicendo.

Dominus noster, &c. vt supra, auctoritate mihi cõcessa ego te absoluo excommunicationis, quam incurristi, vel incurrisse declaratus es, propter talem causã, & restituo te communioni fidelium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Deinde subdatur Psalmus. De profundis, & in eius fine dicatur.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta Inferi.

℟. Erue Domine animam eius.

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DA quæſumus Domine animæ famuli tui, vel famulæ tuæ, quem, vel quam, excommunicationis catena conſtrinxerat refrigerij ſedem quietis beatitudinem, & ſuperni luminis claritatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Forma abſolutionis à ſuſpenſione, vel interdicto intra, vel extra Sacramentalem Confeſſionem, quamuis nulla verba ſint ad eam impertiendam præcipuè præſcripta.

Pęnitens dicat. Confiteor Deo, &c.

Sacerdos vero. Miſereatur,&c. Indulgentiam,&c. Auctoritate mihi ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo Bareñ commiſſa, ego abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis,vel interdicti,quam, vel quod incurriſti, vel incurriſſe declaratus es. In nomine Patris, & Filij,& Spiritus Sancti. Amen.

Forma diſpenſandi ſuper Irregularitate in exteriori, vel interiori foro.

Poſtquam abſoluerit à peccatis subdat. Et eadem auctoritate diſpenſo tecum ſuper irregularitate, vel irregularitatibus in quam, vel in quas incurriſti, ob talem,vel tales cauſas exprimantur, & habilem reddo te,ac reſtituo executioni Ordinum,& Officiorum tuorum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Si aliquem ordinem non habeat dicat: Et habitualem reddo te ad omnes ordines ſuſcipiendos.

Si opus ſit diſpenſato titulum beneficij, vel beneficiorum reſtituere, & fructus malè perceptos condonare, dicat.

Et restituo tibi titulum,seù titulos,beneficij,seù beneficiorum,& condono tibi fructus malè perceptos, In nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti. Amen,

Sciat Sacerdos,quod nullo modo in prædictis potest suæ facultatis terminos excedere.

Forma absolutionis à censuris,& aliarum gratiarum concessarum tempore Iubilæi.

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, suspensionis,& interdicti, quantum possum auctoritate huius Iubilæi mihi commissa,& tibi concessa, ego ab illis absoluo te, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ communioni,& vnitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Deinde absoluatur à peccatis, vt supra.

Si in Iubilæo continetur, quod possit dispensari ab irregularitate. Confessarius statim subdat.

Item eadem auctoritate ego dispenso tecum super irregularitate,seù irregularitatibus, si quam, vel si quas incurristi, & habilito te executioni Ordinis, & Officiorum tuorum. Et immediatè prosequatur prædictam absolutionem à peccatis.

In articulo mortis. Si moribundus fruatur priuilegio aliquo,vt fruuntur descripti in Societatibus Corporis Christi, Rosarij, & alijs,qui in illo articulo gaudent Indulgentia Plenaria. Confessarius post absolutionem à censuris,& à peccatis, vt supra dicat.

Auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, qua fungor, ex speciali gratia tibi concessa, & mihi commissa, concedo tibi omnem Indulgentiam peccatorum tuorum,quam possum concedere. In nomine Patris,& Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

DISTRIBVTIONE DELL'HORE, nelle quali douranno incominciarsi li Diuini Officij nella Catedrale.

Dal primo di Gennaro fin'à 15.

IL Matutino cominciarà à hore quindeci, e meza; La Messa grande è hore dicisette, e meza.

La Predica cominciarà tutto l'anno à suonarsi poco prima, che cominci la Messa cantata, e si dirà dopò che sarà cantato l'Euangelio; la vigilia delle Feste, si suonarà la sera, e durarà à suonarsi almeno per vn quarto d'hora, e li tocchi si suonaranno, mentre si canta l'Epistola.

La Messa grande, quando non vi sia predica, cominciarà tutto l'anno mez'hore dopò l'hore notate.

Il Vespro ne' giorni Festiui à hore vent'vna.

Ne' giorni feriali à hore venti.

E durerà all'istessa hora fin'à 5. di Marzo.

Da 15. di Gennaro fin'à Febraro.

Il Matutino à hore quindeci. La Messa cantata à hore dicisette, e meza.

Febraro fin'à 15.

Il Matutino à hore quattordeci, e meza. La Messa cantata à hore dicisette.

Da 15. Febraro fin'à Marzo.

Il Matutino à hore quattordeci. La Messa grande à hore sedici, e meza.

Mar-

Marzo fin'à 15.

Il Matutino à hore tredici. La Messa grande à hore sedici.

Da 15. di Marzo fin'ad Aprile.

Il Matutino à hore dodici, e meza. La Messa grande à hore quindici, e meza. Il Vespro ne' giorni festiui à hore venti. Ne' giorni feriali à hore dicinoue; E durerà il Vespro à quest'hora fin'à 15. di Nouembre.

Aprile fin'à 15.

Il Matutino à hore vndici. La Messa grande à hore quattordici, e meza.

Da 15. Aprile fin'à Maggio.

Il Matutino à hore vndici. La Messa grande à hore quattordici.

Maggio fin'à 15.

Il Matutino à hore diece. La Messa grande à hore tredici.

Da 15. Maggio fin'à Giugno.

Il Matutino à hore noue, e meza. La Messa grande à hore dodici, e meza.

Giugno fin'à 15.

Il Matutino à hore noue. La Messa grande à hore dodici.

Da

Da 15. Giugno fin'à Luglio.

Il Matutino à hore otto, e meza. La Messa grande à hore vndici, e meza.

Luglio fin'à 15.

Il Matutino à hore otto, e meza. La Messa grande à hore vndici, e meza.

Da 15. di Luglio fin'ad Agosto.

Il Matutino à hore noue. La Messa grande à hore dodici.

Agosto fin'à 15.

Il Matutino à hore noue, e meza. La Messa grande à hore dodici, e meza.

Da 15. d'Agosto fin'à Settembre.

Il Matutino à hore diece. La Messa grande à hore tredici.

Settembre fin'à 15.

Il Matutino à hore vndici. La Messa grande à hore tredici, e meza.

Da 15. di Settembre fin'ad Ottobre.

Il Matutino à hore vndeci, e meza. La Messa grande à hore quattordici.

Ottobre fin'à 15.

Il Matutino à hore dodici, e meza. La Messa grande à hore quattordici, e meza.

Da 15. Ottobre fin'à Nouembre.

Il Matutino à hore tredici. La Messa grande à hore quindici.

Nouembre fin'à 15.

Il Matutino à hore quattordici. La Messa grande à hore sedici.

Da 15. Nouembre fin'à Decembre.

Il Matutino à hore quattordici, e meza. La Messa grande à hore sedici, e meza. Il Vespro ne' giorni festiui à hore venti, e meza. Ne' giorni feriali à hore venti. E durerà à quest'hora fin'à 15. di Decembre.

Decembre fin'à 15.

Il Matutino à hore quindeci. La Messa grande à hore dicisette.

Da 15. di Decembre fin'à Gennaro.

Il Matutino à hore quindeci, e meza. La Messa grande à hore dicisette, e meza. Il Vespro ne' giorni festiui à hore vent'vna. Ne' giorni feriali à hore venti.

Auertirà però il Sacristano di far cominciare li Diuini Officij, all'hora determinata, e di far suonare li trè segni delle Campane, così nella Messa, come nelli Vespri, trè quarti d'hora in circa, auanti la detta hora, di modo, che da vn segno all'altro, vi sia distanza

pro-

proportionata d'vn quarto d'hora, facendo, che si suoni dopò il terzo immediatamente la Campana piccola alla stesa, acciò che il Popolo intenda, che quell'è l'vltimo segno, dopò il quale si starà vn'altro quarto d'hora à cominciare, nel qual tempo si pararanno in Sacristia quelli c'haueranno à celebrare.

TAVOLE PERPETVE

Per sapere in ciaschedun mese dell'anno l'hore Italiane del dir la Messa, Officio Diuino, e per l'osseruanza de gl'altri precetti Ecclesiastici.

Auertimenti per le seguenti Tauole.

LE seguenti Tauole composte per l'altezza de' gradi 41. del Polo, possono senza scrupolo di veruna sorte seruire per altre altezze de' gradi, vicini 39. 40. 42. 43. sotto il quali si comprendono in Italia, Napoli, e suo Regno, Roma, e Stato intorno; Vmbria, Marca d'Ancona, Stato d'Vrbino, Toscana, Corsica, e Sardegna. Nelle quali Tauole non si pretende assignare l'hora precisa, e puntuale de' sudetti tempi; percioche facendosi ogni giorno, quasi mutatione di qualche minuto, non potrà hauersi l'hora certa, senza l'vso di qualche Tauola spasa. Solo dunque si pretende assegnare vn'hora poco più, ò meno della vera, & Astronomica, stimata da' Teologi nell'attioni humane sufficiente, per sodisfare alla circostanza del tempo richiesta ne' precetti Ecclesiastici, chiamata perciò da loro tempo, ò verò hora morale.

In oltre, perche l'hore, quì assignate sono conforme à gli horologij à ruote, ò à campane, non si dourà

da quelle scemare il tempo de' crepuscoli, come si suole nell'altre tauole de gli horologij solari;ma l'hore (verbi gratia) diciotto saranno à punto, quando si sentiranno suonare li sei tocchi della campana.

Di più, se in alcun luogo saranno molti horologi; potrà ciascheduno seruirsi di quello, che più li piacerà, ancorche vadi, ò più presto, ò più tardi degl'altri, purche la differenza notabile non mostri euidente errore.

PRIMA TAVOLA
del mezo giorno, e del Matutiuo priuato.

LA cognitione del mezo giorno è necessaria primieramente à' Sacerdoti, à' quali non è lecito regolarmente, senza priuilegio dir la Messa dopò il mezo giorno, se non fusse di poco tempo passato.

Secondo, per l'osseruãza del digiuno Ecclesiastico, poiche prima del mezo giorno, nõ si può mangiare, se non fusse anticipatione di poco tempo, come stimano alcuni Teologi, di mez'hora, altri d'vn'hora, & anche più. In ogni modo basterà, che nel mezo giorno si troui alcuno cenando, ancorche in quel tempo la cena fusse verso il fine.

Terzo, à' Sacristani, li quali à quest'hora douranno dar nelle loro Chiese il segno dell'Aue Maria.

Quarto, finalmẽte s'aggiunge vn'altra Tauola dell'hora, per poter dir il Matutino, cõforme all'opinione già riceuuta di coloro, li quali passata la terza parte del giorno artificiale, detta già da gli Hebrei (conforme alla più vera diuisione) hora Nona, stimano potersi recitare priuatamente il Matutino del giorno seguente, essendo à quell'hora dette nelle Chiese li Vespri del presente giorno; L'hore dunqne dell'vne, l'altra Tauola in ciaschedun mese, sole le seguenti.

Mesi dell'anno.	hora del mezo giorno.	Tempo del Matutino.
Ge. da 1. fin à 12	hore dicenoue.	hore 21, e quart.
da 13. fin à 31	hore 18. e 3. qua.	hore 21, e quart.
Feb. da 1. fin à 18	hore 18. e meza.	hore 21.
da 16. fin à 24	hore 18. e quart.	hore 21.
da 25. fin à 28	hore 18.	hore 20, e 3. qu.
Ma. da 1. fin à 15	hore 18.	hore 20, e 3. qu.
da 6. fin à 15	hore 17. e 3. qua.	hore 20, e 3. qu.
da 16. fin à 26	hore 17. e meza.	hore 20, e meza.
da 27. fin à 31	hore 17. e quart.	hore 20, e meza.
Ap. da 5. fin à 10	hore 17. e quart.	hore 20, e meza.
da 11. fin à 26	hore 17.	hore 20, e quart.
da 21. fin à 30	hore 16. e 3. qua.	hore 20, e quart.
Ma. da 1. fin à 15	hore 16. e meza.	hore 20.
da 16. fin à 31	hore 16. e quart.	hore 20.
Giugno per tutto Giugno.	hore 16	hore 19, e 3. qu.
Lu. da 1. fin à 13	hore 16	hore 19, e 3. qu.
da 13. fin à 31	hore 16. e quart.	hore 29.
Ag. da 1. fin à 15	hore 16. e meza.	hore 20.
da 16. fin à 25	hore 16. e 3. qua.	hore 20, e quart.
da 26. fin à 31	hore 17.	hore 20, e quart.
Sett. da 1. fin à 5	hore 17.	hore 20, e quart.
da 6. fin à 16	hore 17. e quart.	hore 20, e meza.
da 17. fin à 27	hore 18. e meza.	hore 20, e meza.
da 28. fin à 40	hore 17. e 3. qua.	hore 20, e 3. qu.
Ott. da 1. fin à 10	hore 17. e 1. qua.	hore 20, e 3. qu.
da 11. fin à 20	hore 18	hore 21.
da 21. fin à 31	hore 18. e quart.	hore 21.
No. da 1. fin à 15	hore 18. e meza.	hore 21.
da 16. fin à 30	hore 18. e 3. qua.	hore 21, e quart.
Decembre per tutto Decemb.	hore 19	hore 21, e quart.

Seconda Tauola della meza notte, & Alba della sera.

SOno l'hore della meza Notte necessarie, primieramente per l'osseruanza del digiuno naturale à coloro, che vogliono dir Messa, ò Communicarsi la mattina seguente, à' quali da quell'hora auanti si prohibisce prēdere qualsiuoglia sorte di cibo, ò beuanda.

Secondo, per l'osseruanza del digiuno Ecclesiastico, e de' cibi vietati ne' Venerdì, e Sabbati, l'obligo de' quali nella meza notte comincia per il giorno seguente, e finisce per il precedente.

Terzo, per la prohibitione del lauorare nelle Feste comandate, la quale similmente comincia, e finisce nella medesima hora, (ciò che sia dell'vsanza d'altri paesi) non essendo lecito da vna meza notte all'altra fare opere seruili, se non fusse per poco tempo variamente determinato da' Dottori.

Quarto, per la prohibitione delle Nozze, la quale come comincia nella meza notte precedente, al giorno delle ceneri, & alla prima Domenica dell'Aduento, cōforme all'vso Romano (ancorche in alcuni paesi cominci nelli primi Vespri del Sabbato) così finisce nella meza notte, dopò il giorno dell'Epifania, e Domenica in Albis.

Quinto, à quei Religiosi, li quali si leuano à meza notte per cantar in Choro il Matutino.

Sesto, finalmente, perche alcuni Teologi stimano, che l'Indulgenze concesse alle Chiese fino al tramontar del Sole, si possano guadagnare anche, mentre durano li crepuscoli, ò vogliamo dire Alba della sera, ch'è il vero, e perfetto termine del giorno, durando anche dopò tramontato il Sole, per vn pezzo l'aria sopra l'horizōte illuminata, come si dirà più à basso; per ciò si aggiūge vn'altra Tauola; la quale mostra il fine dell'Alba della sera. L'hore dūque dell'vna, e l'altra in ciaschedun mese sono le sequēti. Kkk 2 Me-

Mesi dell'anno.	Meza notte.	Alba della sera.
Ge.da 1.fin à 12	hore 7.	hora 1.e quarto.
da 13.fin à 31	hore 6,e 3.quar.	hora 1,e quarto,
Fe. da 1.fin à 15	hore 6,e meza.	hora 1,e quarto,
da 16.fin à 24	hore 6,e quarto.	hora 1,e quarto.
da 25.fin à 28	hore 6.	hora 1.
Mar.da 1.fin à 5	hore 6.	hora 1.
da 6.fin à 15	hore 5,e 3.quar.	hora 1.
da 16.fin à 26	hore 5.e meza.	hora 1.
da 27.fin à 31	hore 5,e quarto.	hora 1.
Ap.da 1.fin à 10	hore 5,e quarto.	hora 1,e quarto.
da 11.fin à 20	hore 5.	hora 1,e quarto.
da 21.fin à 30	hore 4,e 3.quar.	hora 1,e quarto.
Ma.da 1.fin à 15	hore 4,e meza.	hora vna,e meza
da 16.fin à 31	hore 4,e quarto.	hora 1,e meza.
Giugno per tutto Giugno.	hore 4.	hora 1,e 3.quar.
	hore 4.	hora 1,e 3.quar.
Lu. da 1.fin à 12	hore 4,e qnarto.	hora 1,e meza.
da 13.fin à 31	hore 4,e meza.	hora 1,e meza.
Ag.da 1.fin à 15	hore 4,e 3.quar.	hora 1,e meza.
da 16.fin à 25	hore 5.	hora 1,e quarto,
da 26.fin à 31	hore 5.	hora 1,e quarto.
Sett.da 1.fin à 5	hore 5,e quarto.	hota 1,e quarto.
da 6.fin à 16	hore 5,e meza.	hora 1.
da 17.fin à 27	hore 5,e 3.quar.	hora 1.
da 28.fin à 30	hore 5,e 3.quar.	hora 1.
Ott.da 1.fin à 10	hore 6.	hora 1.
da 11.fin à 20	hore 6,e quarto.	hora 1.
da 21.fin à 31	hore 6,e meza.	hora 1,e quarto.
No.da 1.fin à 15	hore 6,e 3.quar.	hora 1,e quarto.
da 16.fin à 30	hore 7.	hora 1,e quarto.
Decembre per tutto Decembre.	hore 7.	hora 1,e quarto.

TERZA TAVOLA
dell'Alba della mattina, e nascimento del Sole.

L'Aurora, ò crepusculo, chiamati volgarmente l'Alba della mattina, altro non è, che vn primo raggio, per mezo del quale l'aria più vicina all'horizonte viene illuminata dal Sole, quando si troua ancora sotto terra per 18. gradi, il quale si come la mattina accostandosi pian piano la và successiuamente illuminando, fin tanto che spunti, così anche la sera dopò tramontato allontanandosi, li và togliendo il lume fin tanto, che lascia à fatto d'illuminarla con l'vltimo suo raggio. Nè si toglie, che in alcun luogo, doue ò da monte vicino, ò da altro accidente impedito non si vede la prima, ò vltima aria illuminata nel modo detto, non sia anche alla medema hora quì notata il principio, ò fine dell'Alba. È dunque primieramente necessaria la cognitione dell'Alba della mattina à' Sacerdoti, à' quali non è lecito regolarmente, senza priuilegio celebrare auanti il principio di quella, se però l'anticipatione non fusse di poco tempo.

Secondo, per dar il segno dell'Aue Maria la mattina nelle Chiese, il quale come non deue sonarsi prima dell'Alba, così non deue aspettarsi il tempo molto chiaro, conforme all'vso delle Basiliche Romane.

Terzo, finalmente s'aggiunge vn'altra Tauola del nascimento del Sole, per commodità tanto di quei Religiosi, li quali à quel tempo sogliono cantar Prima nel Choro, quanto de' Preti Secolari, li quali alla medesima hora si congregano, per cominciare nelle loro Chiese gli Officij diuini, e per altri vsi. L'hore dunque dell'vn'e l'altra Tauola in ciascheduno mese, sono le seguenti.

Mesi

Mesi dell'anno.	Alba della mattina.	Nascimento del Sole.
Gen.da 1.fin à 4	hore 12, e 3. qu.	hore 14, e meza.
da 5. fin à 15	hore 12, e meza.	hore 14, e quart.
da 16. fin 24	hore 12, e quart.	hore 14.
da 25.fin à 31	hore 12.	hore 13, e 3. qu.
Feb. da 1. fin à 7	hore 11, e 3. qu.	hore 13, e meza.
da 8. fin à 12	hore 11, e meza.	hore 13, e quart.
da 13.fin à 18	hore 11, e quar.	hore 13.
da 19.fin à 24	hore 11, e quar.	hore 12, e 3. qu.
da 25.fin à 28	hore 11.	hore 12, e meza.
Mar.da 1.fin à 7	hore 11.	hore 12, e quart.
da 8. fin à 12	hore 10, e 3. qu.	hore 12.
da 13.fin à 17	hore 10, e meza.	hore 11, e 3. qu.
da 18.fin à 22	hore 10, e quart.	hore 11, e meza.
da 23.fin à 25	hore 10.	hore 11, e quart.
da 26.fin à 28	hore 9, e 3.quar.	hore 11, e quart.
da 29.fin à 31	hore 9, e meza.	hore 11.
Apr.da 1.fin à 4	hore 9, e quarto.	hore 11.
da 5. fin à 9	hore 9.	hore 10, e 3. qu.
da 10.fin à 15	hore 8, e 3.quar.	hore 10, e meza.
da 16.fin à 20	hore 8, e meza.	hore 10, e quart.
da 21.fin à 26	hore 8, e quarto.	hore 10.
da 27.fin à 30	hore 8.	hore 9, e 3. quar.
Mag.da 1.fin à 3	hore 7, e 3.quar.	hore 9, e 3.quar.
da 4. fin à 9	hore 7, e meza.	hore 9, e meza.
da 10.fin à 18	hore 7, e quarto.	hore 9, e quatto.
da 19.fin à 26	hore 7.	hore 9.
da 27.fin à 31	hore 6, e 3.quar.	hore 8, e 3.quar.
Giu.da 1. fin à 8	hore 6, e meza.	hore 8, e 3.quar.
da 9. fin à 30	hore 6, e quarto.	hore 8, e meza.
Lugl. da 1.fin 6.	hore 6, e meza.	hore 8, e meza.
da 7. fin à 18	hore 6, e 3.quar.	hore 8, e 3.quar.
da 19.fin à 27	hore 7.	hore 9.

Mesi dell'anno.	Alba della mattina.	Nascimento del Sole.
da 28.fin à 31	hore 7,e quarto.	hore 9,e quarto.
Ago.da 1.fin à 5	hore 7,e meza.	hore 9,e quarto.
da 6. fin à 12.	hore 7,e 3.quar.	hore 9,e meza.
da 13.fin à 17	hore 8.	hore 9,e 3.quar.
da 18.fin à 24	hore 8,e quarto.	hore 10.
da 25.fin à 31	hore 8,e meza.	hore 10,e quart.
Sett.da 1. fin à 4	hore 8,e 3.quar.	hore 10,e meza.
da 5. fin à 8	hore 9.	hore 10, e 3.qu.
da 9. fin à 12	hore 9,e quarto.	hore 11.
da 13.fin à 16	hore 9,e meza.	hore 11.
da 17.fin à 20	hore 9,e 3.quar.	hore 11,e quart.
da 21.fin à 26	hore 10.	hore 11,e meza.
da 27.fin à 30	hore 10,e quart.	hore 11, e 3. qu.
Otto.da 1.fin à 6	hore 10, e meza.	hore 12.
da 7. fin à 12	hore 10, e 3. qu.	hore 12, e quart.
da 13.fin à 18	hore 11.	hore 12, e meza.
da 19.fin à 23	gore 11.	hore 12, e 3. qu.
da 24.fin à 28	hore 11,e quart.	hore 13.
da 29.fin à 31	hore 11,e meza.	hore 13,e quart.
Nou.da 1.fin à 4	hore 11, e meza.	hore 13,e quart.
da 5. fin à 11	hore 11, e 3. qu.	hore 13, e meza.
da 12.fin à 18	hore 12.	hore 13, e 3. qu.
da 19.fin à 26	hore 12,e quart.	hore 14.
da 27.fin à 30	hore 12,e meza.	hore 14,e quart.
Dec.da 1.fin à 9	hore 12, e meza.	hore 14, equart.
da 10.fin à 31	hore 12,e 3. qu.	hore 14, e meza.

INDEX

OMNIVM IN VOLVMINE HVIVS SYNODI Bareñ comprehensorum.

Pars Secunda.

Pars Tertia.

De Re-

LII 2 dem

Menda.	Correctio.
Pag. 8. versic. 2. Synodali	Synodi
9. vers. 23. indubium	indubiam
Ead. pag. 9. vers. 8. subsequentium	quorum
11. vers. 9. excitatum	excitationem
Ead. 11. vers. 20. hostis	hostes
13. vers. 12. Profictum	Profectum
Ead. 13. vers. 16. muptio	mutuo
15. vers. 16. decretorumque	decretoremque
19. vers. 26 prolati	prolato
23. vers. 2. post Sanctissimæ, adde, & Indiuiduæ Trinitatis	
27. vers. 12. cognomina	cognominandos
28. vers. 17. segessu	successu
29. vers. 6. extitit	ex iis
31. vers. 19. Spiritibus	Spiritualibus
39. vers. 3. Siqui	dele ly Si
49. vers. 5. deputanpos	deputandis
54. c. 5. vers. 7. moueant	moneant
59. c. 5. vers. 14. Comedijs	Comedis
70. c. 12. vers. 2. Titulatis	Titularibus
72. c. 2. vers. 8. casits	viis
84. c. 15. vers. 24. Percia	Persia
49. c. 6. vers. 14. Cathedralis	Cathedralis

99 c. 6 vers. 26 Dieces	Diœces
105 c. 4 vers 9 editi	edito
107 c. 1 vers 8 vt	&
109 c. 3 vers 13 solitum	solitam
112 c. postr. vers 3 & qui	vt qui
113 c. 2 vers 8 Episcopo	Archiepiscopo
121 c. 3 vers 21 delle presenti	della presente
121 c. 4 vers 34 decadute	decaduti
124 c. 5 vers 7 sollicitationis	sollicitationem
127 c. 2 vers 10 faciunt	faciant
133 c. 4 vers 8 ombella	vmbella
144 c. 9 vers 3 debet	debent
146 c. 8 vers 3 talis	tactis
147 c. 8 vers 11 singillatim	sigillatim
149 c. 12 vers 14 conuinicti	conuicti
150 c. 9 vers 11 admittant	admittantur
152 c. 3 vers 12 alios	alias
152 c. 4 vers 3 allegati	alligati
156 c. 2 vers 10 post ly, matrimonium, adde, accedentes.	
158 c. 7 vers 6 filijs	filios
169 c. 11 vers 6 pro	per
173 c. 19 vers 2 Iurisdictionis	Iurisdictioni
179 c. 12 vers 12 Vniuersale	Vniuersalem
186 c. 7 vers 28 Sacra Congregatio Rit.	Sacræ Congregationis Rit.
190 c. 2 vers 12 Hariolarum	Tensolarum
196 c. 9 vers 25 instantiam,	adde, ad instantiam
198 c. 9 vers 18 Conficiandis	Conficiendis
200 c. 37 vers. 5. rapprefentationibus	repræsentationibus
ead. pag. & c. 9 vers. 4 alijs	alias
204 c. 7 vers. 9 Canones	Canonum
222 c. 8 vers 9 approbata	approbatis
225 c. 2 vers 13 in Canonicis	à Canonicis
ead. pag. & c. vers 21 acceffum	accessum
ead. pag. & c. vers 28 Ampliationis	Ampliationis
229 c. 5 vers 24 Brundusinis	Brundusinas
237 c. 10 vers 7 ducturi	docturi
240 c. 14 vers 3 gestatore	gestore
260 c. 6 vers 3 abferuari	obseruari
261 c. 1 vers 7 infestum	infectum
ead. pag. & c. vers 7 saluti	salute
ead. pag & c. vers 10 vitijs	vijs
263 c. 7 vers 7 retinentibus	renitentibus
264 c. 10 vers 4 præsumant	præsumat
266 c. 1 vers 6 S. Sedis	S. Sedi
ead. pag. & c. vers 7 Iurisdictionis	Iurisdictiones
272 c. 12 vers 8 vel	&
eod. loco vers 9 peragerint	peregerint
274. c. 13 vers 5 Archifresbyteris	Archipresbyteris
277 c. 3 vers 3 concedet	concedetur
eod. loco vers 6 neo	ne

186 c. 9 vers. 3 Franciſcus, Antonius, Carolus	Francesco Ant. Carolo
228 c. 19 vers 21 Granele	Granuelæ
288 c. 31 vers 7 defatigati	defaticatæ
295 c. 7 vers 15 placet	placere
296 vers 10 punitiones	punitione
eod. loco vers 18 Domtnus	Dominus

In Appendice.

Pag. 298 vers 30 Epiſcopis	Epiſcopi
299 vers 30 nullius	nullus
300 vers 32 Diœceſis	Diœceſi
301 vers 4 ſed agere quoad	ſed agere quoad hæc
301 vers 31 tempori	tempore
302 vers 9 ſatisfaciſſe	ſatisfeciſſe
303 vers 31 interpretati	interpretari
316 vers 22 3. la Viſitat. della B. V.	2. la Viſit. della B. V.
318 vers 26 corepo	corpo
324 vers 9 adde	abijs
327 vers 11 adde	Confeſſionis
ead. vers 18 ſollicitatos	illicitos
328 vers 19 probationem	probationum
ead. vers 28 vt his etiam	vt præſentium
ead. vers 31 adde, eadē prorſus fides in Iudicio, & extra vbiq; habeatur	
338 vers 20 in ſingulis ſingulis,	in ſinguli
341 vers 13 proceſſuum	proceſſum
355 vers 15 equouſque	& quouſque
356 vers 8 maoſiones	manſiones
363 vers 7 l'agio	l'aſaggio
381 vers 4 matus	motus
391 vers 2 Conſeruarum	Conſeruatorum
392 dub. 2 Ediſcopis	Epiſcopis
395 dub. 2 vers 4 ne	neo
396 dub. 6 vers 3 Auſtolica	Apoſtolica
420 dub. 23 vers. 13 adde	eſt
440 vers. 15 il quali,	li quali
442 prima tau. vers. 25 ſeconda colon. hore 18	17
ead. prima colon. vers. 26 28 fin'à 40	fin'à 30
444 ſeconda tau. vers. 4 da 2, fin'à 17	18

TYPI CENSOR.

DEſine mirari, humaniſſime Lector, de erratis huiuſmodi, cum hoc effugere in imprimendo ferè impoſſibile exiſtat, abſente præſertim Compoſitore, vt hic euenit, ideòque ſi in alijs non animaduerſis idem irrepſerit, mendam tuæ correctioni, & benignitati committo, præcipuè circa orthographiam, vel literarum tranſpoſitionem, Tipographi cum eius menda emendationem venditantis culpæ, ingentique celeritati (vrgente neceſſitate) Synodum edendi maximè ad ſcribendo, & reminiſceris dicterij Lucæ de Penna in ſuis Commentarijs ad tres libros Codicis, nempè diuinum eſt, quod labe vacat, mortalia verò nunquam repræhenſione carent. Vale.

ANimaduerſum volo quemcumque pro maiori declaratione capitis decimi quarti fol. 101. ſub rit. de Diuinis Officijs par. 1. quoad Anniuerſariam Eccleſiæ Cathedralis Dedicationem, quod illa, alioquin duplex primæ Claſſis cum octaua ita ſit celebrāda, tàm in ipſa Eccleſia Metropolitana Bereñ, quàm in alijs Eccleſijs Ciuitatis pariter Bareñ. In Eccleſijs verò Diœceſis ſine octaua per decreta Sacræ Cōgregationis in primo dicto Capite Synodi laudata, prout etiam tradunt pro in dubio Gauant. de Rubr. Miſſarū Commun. Sanctor. par. 4. rit. 16. ſub nu. 10. & in Manual. Epiſc. ſub Verb. Eccleſiæ Conſecratio num. 18. Nicol. in eius Floſcul. ſub verb. Officium nu. 15.

Ad Laudem Omnipotentis Dei, Beatiſſimæ Virginis ad Cęlum Aſſumptæ noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ Titularis, ac Patroni S. Sabini, cæterorumque eiusdē Eccleſiæ Titularium.

FINIS.